942.01

DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room

ANGLO-SAXON CHRONICLE.

Two of the Saxon Chronicles parallel, with Supplementary Extracts from the Others. With Introduction, Notes, and a Glossarial Index, by J. EARLE, M.A., Professor of Anglo-Saxon. 8vo. 16*s*.
(Clarendon Press. 1886)

443 INGRAM (Rev. J.) The Saxon Chronicle, with an English Translation, and Notes Critical and Explanatory, with Chronological, Topographical and Glossarial Indices, with a Short Anglo-Saxon Grammar, *maps and plates of coins*, 4to, calf, 24s 1823

CHRONICON *SAXONICUM.*

EX

MSS Codicibus

NUNC PRIMUM INTEGRUM EDIDIT,


AC

LATINUM FECIT

EDMUNDUS GIBSON. A. B.
è Collegio *Reginæ.*

Ælcum men ȝebẏrað þe ænıȝne ȝodne cræft hæfð. ꝥ he þone do nẏtne oðrum mannum:· *Ælfrici Præf. ad Grammat. Lat. Sax.* i. e. Omnes homines oportet, qui ullam bonam artem callent, eam aliis utilem reddere.

Mihi quidem nulli eruditi videntur, quibus noſtra ignota ſunt. *Cicero de Finibus boni & mali.*



OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO *A. D.* MDCXCII.

Imprimatur,

JONATH. EDWARDS

Vice-Can. *OXON.*

Aug. 15.
1692.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Duke University Libraries

http://www.archive.org/details/chroniconsaxonic00gibs



TABULAM hanc
Antiquitatum ANGLICANARUM
Studiosis
D. D. C. Q
Edmundus Gibson.
Explicatio Notarum et Literarum
Loca Religiosa.
Castellum
Prælium.
Forsan.
Sedes olim Episcopalis
Villa.
NOR-
DAN-
HYM BRA
CUMBRA-
LAND.
MORINGA
LAND.
Dunholm
Lincoln.
LINCOLNE
NORD EAST
FOLC
SUD-
ENGLAS.
EAST
SEAXNA
RICE
Lunden.
SUMURSET
DEFNA
SEAXNA
CORNPEALLAS.
SCYRE.
LAS.
S. David.



NORÐ-EAST ENGLAS
SUÐ FOLC
MYRCENA RICE
PEALAS
EAST SEAXNA RICE
CANTPARA RICE
SUÐSEAXE RICE
SUÐSEAXNA RICE
PEST SEAXNA
DEFNA SCYRE
SUMURSET
DORNSETAS
PILTUN SCYRE
CORNPEALLAS
SCYRE

CHRONICON Saxonicum,

SEU

ANNALES RERUM

IN

ANGLIA PRÆCIPUE GESTARUM,

A Chriſto nato ad Annum uſque MCLIV. deducti, ac jam demum Latinitate donati.

CUM

INDICE RERUM CHRONOLOGICO.

ACCEDUNT

REGULÆ

AD INVESTIGANDAS NOMINUM LOCORUM

ORIGINES.

ET

NOMINUM LOCORUM AC VIRORUM

IN CHRONICO MEMORATORUM

EXPLICATIO.

Operâ & Studio *EDMUNDI GIBSON.* A.B.
è Collegio *Reginæ*.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO *A.D.* MDCXCII.

Tr. P.
942.01
A589Ca

PRÆFATIO.

POSTQVAM *hortatu Viri doctiſſimi mihique amiciſſimi,* Joannis Millii, *Linguæ Saxonicæ ſtudio nonnihil temporis dediſſem, & in ea mediocrem facultatem fuiſſem conſecutus; ille, ne ſui eſſet diſſimilis, hoc eſt ne ullum vitæ ſpatium curâ literarum vacaret, multis verbis accurate mecum egit, ut de edendis* Annalibus Anglo-Saxonicis *cogitarem. Eſſe nimirum Annales iſtos auguſtiſſimum plane Antiquitatis monumentum, ac quale fruſtra apud gentes vicinas quæſiveris; fontem ipſum è quo hauſta ſunt & ad quem exigenda, quæ de rebus iſtorum temporum tradunt* Florentius, *aliique poſteriores Hiſtorici.* Chronicon *hoc mirifice prædicare, ejuſque editionem Cantabrigienſi multo auctiorem, & quidem omnibus numeris ſuis abſolutam flagitare eruditos. De eo publicando cogitaſſè jam olim eximium illud Collegii noſtri & Academiæ decus,* Gerardum Langbanium, *ut apparet ex Schedis ejus MSS. in Bibliotheca Bodleianâ; in quibus dicit, ad prelum deſtinanti ſibi hos Annales, Wheelocum* palmam præripuiſſe. *Wheelocum, qui tanto viro, in Literis omne genus, Saxonicis ſpeciatim longe verſatiſſimo, Opus iſthoc infeliciter præripuerat, non integros Annales edidiſſe, ſed ad fidem Codicis mutili ac mendoſi, Annalium fragmentum duntaxat; quin & Saxonicis mutilis adjunxiſſe Interpretationem Latinam admodum vitioſam, & quæ ſermonis Saxonici genium & nitorem minime repræſentat. Obſervatum hoc eruditis: & quidem* Junium & Mareſchallum *noſtrum, Viros ſuis in hac ipſa literatura ſcriptis celeberrimos, auctores fuiſſe Præſuli ampliſſimo* D. Joanni Fello, τῷ μακαρίτῃ, *ut eximium hoc monumentum Hiſtoricum, maxima parte in MSS membranis jam ſepultum, ad Codicum quos habemus in Oxonienſi Bibliotheca proborum & integrorum fidem excuderetur; adhibita Verſione Latinâ, quæ textum Saxonicum accuratè ac fideliter ubique redderet, exprimeretque. Annuiſſe Epiſcopum: Statimque horum rogatu ac conſilio, mandaſſe provinciam iſtam egregio viro, qui ad ſuos ex Germania jam tum advenerat, idiomate Teutonico plenus, Saxoniciſque ſi quis unquam inſtructiſſimus,* Guil. Nicolſono. *Huic paulo poſt ſuſceptum opus, ad munus quoddam honorificum in Eccleſia Cathedrali procul ab Oxonienſibus ſuis poſita, quo hodieque ſumma cum laude defungitur, accerſito, per ingentem loci intercapedinem, plurimaſque quibus urgetur occupationes, haud demum licuiſſe telam exorſam texere; imo ne nunc quidem licere. Mihi gloriam, quam vocabat, operis iſtius omnem, quanta quanta eſt, relictam eſſe. Petere omnino opem & operam noſtram* Chronicon Saxonicum, *clathris Bodleianis incluſum, ut jam demum integrum in lucem prodeat, & à Studioſis intelligatur. Abunde mihi in hoc ipſum otii eſſe, ſuppetere vires ac parem in Lingua Saxonica facultatem. Neque vero dimitti ullo pacto debere occaſionem quam adeptus ſum, Annalium iſtorum editione Antiquariæ rei ſtudioſos, juriſconſultos, univerſam denique gentem Anglicanam demerendi.*

Gerardi Lang-banii Notæ MS.

Wheeloci Edit. imperfecta.

Guil. Nicholson.

Hæc

326231

Hæc atque alia in eandem ſententiam Vir eruditiſſimus. Quibus certe permotus, ſeu potius inflammatus, Provinciam hanc ſuſcepi. Sumto verò in manus opere, facile ſtatim perſpexi qua præſertim difficultate, præter cæteras, implicaretur. Ante iſtud tempus nemo Grammaticam Saxonicam ediderat: adeoque circa ſingulas pæne voces hæſi, veritus ne iis ſubeſſet idiotiſmi neſcio quid, mihi adhuc non quidem plane incogniti, ſed tamen haud ſatis bene intellecti. Verum cum, re prope deſperatâ, totum conſilium tantum non abjeciſſem, omne hoc incommodum opportune [Hickesii Grammatica Saxon.] *ſuſtulit Cl.* Georgius Hickeſius, *editâ Grammaticâ, quæ iſtius linguæ arcana luculentè aperuit. Magnum hoc erat beneficium, ſed mecum orbi commune. Verum mihi multis modis privatim etiam perſpecta eſt Viri optimi humanitas: hærentem* [Auxilia . . .] *conſiliis adjuvit, labantem confirmavit, voluit denique, abjectâ omni ratione ſive ſuæ dignitatis, ſive meæ tenuitatis, ut ſeſe, quacunque in re ſua opera mihi eſſet neceſſaria, uterer familiariter.*

Omnibus tandem ſublatis, quæ me à propoſito opere deterrere potuiſſent, meipſum ad illud ſumma animi conſtantia accinxi. Cumque illa eſt hujus materiæ ratio, ut de nulla re prius cogitare oporteat, quàm textum omni ex parte integrum ob oculos habeamus; omnem meam curam converti ad Codices Manuſcriptos comparandos. Ante [Edit. Wheeloci] *aliquot annos* Chronicon Saxonicum *ediderat ex duobus manu ſcriptis libris Vir doctiſſimus* Abrahamus Wheelocus, *Linguæ Arabicæ apud Cantabrigienſes Profeſſor publicus.* [ex MS Cotton.] *Horum altero illum inſtruxit Bibliotheca* Cottoniana, *Londini*; *altero* [& MS Coll. Ben.] Benedictina, *Cantabrigiæ. Verùm malo fato evenit, ut neuter integrum Chronicon* [ad A. [redacted] 1071.] *complecteretur, ſed ipſius fragmenta (quod integrum nacti jam diſcimus) hinc inde parum feliciter excerpta. Ad hæc, non longe ultra annum milleſimum hujus gentis Hiſtoriam deducunt; in rebus vero ita paucis diſcrepant, ut alterum alterius Apographum eſſe omnino videatur. Non hoc certè dico, quòd de Wheelocianæ editionis gloria quidquam detractum velim. Edidit Vir doctiſſimus qualia habuit, primuſq; omnium præclarum iſtud hujus nationis monumentum à blattis ac tineis vindicavit.* [MS Laud, Bodl. totum complectens.] *Ex eo autem tempore, tria alia Exemplaria comparuerunt. In his, Codici quem* Laud. *dicimus (inter eos utpote Libros repoſito, quos D.* Gulielmus Laud, *Archiepiſcopus Cantwarenſis, Bibliothecæ Bodleianæ donavit) primum merito locum tribuimus. Huic uni plus debent* Annales Saxonici, *quàm cæteris omnibus. Miſſo enim quòd ab anno* MLXX. *non alio quovis Codice uſi ſumus; ante iſtum etiam annum, ex illo nova quamplurima adjecimus, lacunas multas ſupplevimus, vitia item infinita, quæ in alios Codices irrepſerant, iſtius beneficio emendavimus. In membranis nitide ac eleganter ſcribitur; ita ut in eo neque auctoris diligentiam, neque Librariorum curam quiſquam facile deſiderare poſſit. A diverſis Librariis, diverſis etiam temporibus ſcriptum fuiſſe, Characterum differentia teſtatur. Ut enim illius idioma ad noſtrum ſermonem paullatim deflectit, ita etiam literarum formæ ad noſtrum ſcribendi morem ſub finem propius accedunt. De Bibliotheca ad quam olim pertinuit, etſi nulla fiat mentio, (quæ quidem in vetuſtis manu ſcriptis Codicibus fere conſpicitur,) dubitari tamen non* [olim Monast. Petroburg.] *poteſt quin ad Monaſterium Petroburgenſe ſpectaverit. Iſtius enim Eccleſiæ negotia, ab aliis omnibus Codicibus prætermiſſa, frequenter attingit. Quid quod tres integras Chartas, ad eum locum pertinentes, ſuis locis inſertas conſpicimus? Reſtat unum de hoc Codice monendum, quod quidem tacere nefas eſſe arbitror. Ad calcem Anni* DCIII. *poſt* þeoða, *adduntur* heringhuſſan ſunu læðde þone here þiðer, *quæ tamen à me caſu*

caſu aliquo prætermiſſa ſunt. Caſu, inquam, nec enim illud deditâ operâ factum fuiſſe, (quòd, ſcilicet, vocabuli heꞃinᵹhuꞅꞅan *ſenſum ignoravi,) ſatis teſtantur alia quædam Chronici loca, in quibus meam inſcitiam liberè profiteor. Codicem quem* Cant. *dicimus eadem Bibliotheca Bodleiana nobis ſuppeditavit, idem Archiepiſcopus Bibliothecæ donavit. Hic etſi priori ſit longe inferior (in chartis enim deſcribitur, manu item recentiori, ac à Librario Linguæ Saxonicæ imperito) non tamen omnino eum contemnendum eſſe opinabar. Haud pauca enim exhibet, quæ in reliquis omnibus deſiderantur; adeoque ad exemplar aliquod deſcriptus eſt, hodie ſive vetuſtate, ſive caſu, ſive incendio extinctum. Qui in hac Editione, nomine* Cot. *Codex cognoſcitur, reperitur in Bibliotheca D.* Joh. Cotton, *Londini. Hunc cum Chronico Wheelociano contulerat, ac variantes illius Lectiones ſuo Libro inſeruerat Cl.* Franciſcus Junius, *novam, opinor,* Chronici Saxonici *editionem orbi daturus. Inde nos eas deſcripſimus, ſingulari hominis in his rebus religione meritò innixi.*

MS Cantuar. in Bibl. Bodl.

MS Cotton. collat. cum Edit. Wheeloc. per Fr. Junium.

Codicibus quos dixi conquiſitis, factaque eorum diligenti collatione, ita rem totam inſtitui, ut ſi quæ, ſive ſententia, ſive etiam vocabulum, in uno aliquo inveniretur, quod à reliquis abeſſet, illud in textum conjecerim, facta mentione Codicis cui debetur. Quod ſi diverſi Codices rem eandem diverſo modo exprimant, quæ mihi lectio viſa eſt potiſſima, in textu repoſui, cæteris in imam paginam conjectis. Nullas enim earum ſpernendas eſſe exiſtimavi; quæ etiam ſi mendoſæ ſint, magnam ſæpenumero lucem ad verum eruendum afferunt; ſin veræ, maximi ſemper precii æſtimandæ ſunt. Hujus rei exemplum unum & alterum accipe. An. DLXXI. *Cuthwulfus dicitur cepiſſe oppidum, quod* Bennınᵹꞇun *appellatur. Cujus loci ſitus eſſet omnino incertus, niſi Codicis* Laudenſis *lectio nobis ſuccurreret.* Beneꞅınᵹꞇun *enim, ut is Codex habet, rem extra dubium ponit, docetque non alium eſſe poſſe, quam* Benſington, *in agro Oxonienſi. An.* DXXX. *Cerdicus & Cynricus dicuntur interfeciſſe* ꝼeala men on Ƿihtᵹaꞃabẏꞃiᵹ, *i. e.* complures homines in Wihtgarabyrig: *Codex* Cant. *legit* ꝼea men, *i. e.* paucos homines. *Pro hac Lectionum differentiâ, quæ in* Chronicis Saxonicis *conſpicitur, eandem planè apud rerum Anglicanarum Scriptores deprehendimus; quorum nonnulli* paucos homines, *nonnulli* multos *habent. Ex hoc perſpicuum eſt, eos Scriptores ex Annalibus Saxonicis ſuas Hiſtorias conſarcinâſſe; nec in illis iſtam varietatem aliter eveniſſe, quàm quod prius in exemplaribus Saxonicis contigerat. Nôrunt certè qui in hujus generis rebus aliquid peritiæ habent, in vetuſtis exemplaribus haud quidquam ita minutum reperiri, quod non aliquando eruditis uſui eſſe poteſt. Verùm unde factum, inquies, ut tot Codices, ad diverſas Bibliothecas pertinentes, ita paucis diſcrepent, ut in unum Chronicon haud incommodè reduci poſſint? Id enim caſu contigiſſe, non eſt ſani cujuſvis ſive dicere ſive opinari. Equidem iſta dubitatio me diu vehementer torſit, donec Scotichronici auctoritas expediiſſet. Ejus verba hæc ſunt.* Statutum eſt convenienter in Anglia (ut audivi) quod unumquodque Monaſterium à Regibus fundatum, haberet de ipſo loco ſuum certum ſcribam, vel ſcriptorem, quo omnia notabilia tempore Regis, ſaltem in regno vel è vicinis contingentia, ſecundum quod veritas facti ſe haberet, cum data annotarentur: ad proximum generale Concilium, poſt obitum Regis omnes illi Chronographi convenirent, & ſua vere dicta, ſive ſcripta in medium producerent, & delectis à Concilio ſagacioribus, & in talibus peritis & expertis, ſcripta examinarent, & diligenti habitâ collatione de congeſtis

 ſumma-

ſummarium extraherent, & Chronicam compingerent, ac in Cœnobicis Archivis Librariorum, pro authenticis Chronicis, quibus fides daretur, ſcripta reponerent, ne temporum labilitate memoriæ geſtorum in Regno deperirent. *Sed neque hîc ſiſtendum. Iſtud enim teſtimonium ex altera parte haud minus incommodum parit. Si enim publico decreto conſtitutum fuerit, ut ex uno aliquo exemplari omnes Codices deſcriberentur; quî factum ut in ullis rebus Codices diſcreparent? Hujus rei cauſſæ variæ ſunt, pro diverſis differentiarum generibus, quæ in Libris manu ſcriptis deprehendimus. Vel enim* 1°. *Nonnulla in uno Codice reperiuntur, in reliquis omnibus deſiderata. Ea autem haud raro ſunt res ejuſmodi, quæ loci alicujus peculiaris, non autem regni totius negotia exhibent. Sub hoc capite cadunt, quæ in Codice* Laudenſi *de rebus Eccleſiæ Petroburgenſis adjiciuntur. Ex quibus perſpicuum eſt, pleraque Monaſteria in Chronicis componendis hunc ferè ordinem tenuiſſe, ut illis, de quibus in Concilio generali convenerat, ſui Cœnobii Hiſtoriam immiſcerent. Vel* 2°. *Rem eandem iiſdem vocabulis exprimunt, mutatis ſolum modis, temporibus, aut caſibus. Ita Codex* Cant. *pro* on *tertiæ perſonæ pluralis terminatione, habet fere* an. lanᵹ *item pro* lonᵹ. man *pro* mon. cinᵹ *pro* cẏninᵹ, *&c. Vel* 3°. *Ordinem vocabulorum immutant. Proxima duo eaſdem omnino cauſſas agnoſcunt; partim Librariorum incuriam, partim longa temporum intervalla, quibus Codices deſcriptos fuiſſe exiſtimo. Sæcula ſcilicet aliquantum inferiora, ſeneſcente jam Lingua Saxonica, vetuſtiorum Librorum materiam, ſui temporis ſermone expreſſiſſe videntur.*

Textu hunc in modum diſpoſito, proximè me exercuit Verſio Latina; *quippe quodnam interpretandi genus præſertim ſequi deberem, non ſtatim perſpexi. Video enim nonnullos, qui in ſermonem Latinum alias linguas traduxerunt, Romanæ locutionis fuiſſe in primis ſtudioſos, atque elegantiæ quam materiæ propoſitæ majorem longè rationem habuiſſe. Illi ut ut de Linguâ Latinâ bene meriti fuerint, ſuo certe, hoc eſt, Interpretum, officio defuiſſe videntur. Ad id enim nihil æque pertinere videtur, ac iſtum quem vertimus ſcriptorem vivis coloribus depingere. Ego equidem ita mecum conſtitui, nihil prius mihi eſſe ducendum, quam ut Annalium Saxonicorum mentem ſenſumque, quin & ipſum (quantum fieri poſſet) Linguæ Saxonicæ genium, verſio mea repræſentaret. Quæ mihi cauſſa fuit, ut nec temere ab ipſo ordine recederem, in quo ſua vocabula idiotiſmus Saxonicus diſponit; etſi iſtum Romanis ſcriptoribus inuſitatum eſſe cognoverim. In hanc viam ut me duxit rei ipſius ratio ac natura, ita in ea vehementer confirmavit ſummorum in re Saxonica virorum auctoritas. Cl.* Junius, *in Catalogo Librorum Anglo-Saxonicorum, quem Evangeliis Gothicis addidit, de Archaionomia* Lambardi *hæc habet.* Archaionomiam, i. e. perantiquas Anglo-Saxonicorum Regum Leges à ſe tranſlatas vulgavit olim *Guilielmus Lambardus*; nobis tamen magis arridet antiqua verſio quam habet *Joh. Bromton*: neque ipſi tantum ſequimur illam, ſed auctores quoque ſumus omnibus, genuina venerandæ Antiquitatis monumenta diligentibus, veterem potius horrentis incultique ſæculi verſionem amplecti, quam novitiis atque in ſpeciem cultioribus temerè adhærere. *Eodem nomine Verſionem iſtam notavit his verbis Cl.* Somnerus, *in Præfatione ſua ad Lexicon Saxonicum.* In tyronum & aliorum in hac Lingua prorſus imperitorum, aut parum verſatorum gratiam & utilitatem, Saxonicorum in Latinum Sermonem tranſlationes meas plerunque verbatim dedi: ſtudio politum illum & elaboratum fugiens ſtylum

Junii Sententia de Archaionomia Lambardi.

Somneri.

à

à D. *Gul. Lambardo* in ſua Legum Saxonicarum verſione tantopere affectatum, ut parum aut nihil inde Lector ad Linguam Originalem (Saxonicam ſcil. qua ſcribuntur,) intelligendam commodetur.

De Indice Rerum Chronologico *hoc tantum moneo, me eo conſilio non ſolum paginas, ac lineas, ſed & annos adjeciſſe, ut* Annales Saxonicos *compendio exhiberem; quod me non ſine magno eruditorum commodo feciſſe arbitror. Hujus enim beneficio, (quoties fuerit occaſio) primo intuitu non ſolum perſpiciunt quicquid iſti contineant quod in ſuos uſus transferri poſſit, ſed etiam ſub quo anno ponatur. Satis autem non habui, ſummam curam adhibere in hoc Indice colligendo; ſed etiam, ne error meus quenquam ſeduceret, ante quàm prelo commiteretur, recognovi totum, ut certò ſcirem, ſingula ad debitos annos eſſe relata. Cujus rei non ideo à me mentio facta eſt, ut laudem aliquam captem diligentiæ; ſed ut viri in his rebus verſati, ei intrepide fidem adhibeant; adeoque res ſingulas ad ipſum Chronicon exigendi moleſtiâ liberentur. Quod* Regulas generales de origine Nominum Locorum *adjeci, non illud à me factum, quia mei propoſiti ratio poſtulavit; (nec enim mihi quicquam erat negotii cum nominibus hodiernis;) ſed cùm non eſſent ab eo prorſus alienæ, magnâ item cum utilitate Eruditorum conjunctæ, nolui hanc occaſionem illas tradendi prætermittere. Quod ſequitur,* (Explicatio *nempe* Nominum Locorum) *meo inſtituto ita neceſſarium duxi, ut niſi iſtud accederet, non viderem qui fructus ex illo perciperetur. Cùm enim ex locis nonnulla penitus extinguantur; quæ autem hodiè ſuperſunt, nomen ſive prorſus aliud, ſive longe diverſum obtineant; fieri non poteſt ut ſine ſummo tædio, ne dicam operæ diſpendio, Hiſtoria legatur: Quam ob cauſſam acerbè ſæpe tuli, omnibus in hoc genere libris, qui adhuc in lucem prodierunt, iſtiuſmodi præſidium deeſſe. Hinc eſt quod homines ab eorum ſtudio deterrentur; adeoque noſtræ gentis Hiſtoriæ tot jam annos ſpretæ neglectæque jacuerunt. Quod poſtremo Lectorem nolim latere, hoc eſt* — Nomina Virorum, *quæ in hoc Chronico occurrunt, in ordinem Alphabeticum digeſta, typis Saxonicis excudere me deſtinâſſe; ſed cùm numerus figurarum idoneus noſtræ typographiæ deeſſet, ſatius omnino duxi voces Saxonicas Latinis characteribus imprimere, quàm orbem literarium iſtius Indicis auxilio privare. De cauſſis operis ſuſcepti, deque ejuſdem ratione, hactenus breviter dictum.*

Verum ne quiſquam arbitretur, me in materia tenui poſuiſſe nimium diligentiæ, aut operam meam rebus aliis melius impendere potuiſſe; videamus tandem quæ ſit auctoritas horum Annalium, *ſupra cæteros omnes, qui res Angliæ geſtas deſcribunt; adeoque quantum non modo communis utilitatis ratio, verum etiam patriæ caritas ſuadet ut in publicum emittantur. Quò autem de eâ re melius poſſimus judicare, in medium omnino proferendos eſſe arbitror, qui ante An.* MCLIV. *(quo ſcil. noſtri Annales exeunt) ſuorum temporum Hiſtorias ſcripſerunt. Primus omnium* Gildas, *circa An.* DXXXIV. *de Britannorum excidio ſcripſit non quidem Hiſtoriam, (nec enim prælii alicujus tempus aut eventum attingit) ſed hoc unum ſibi habet propoſitum, ut graviſſimas patriæ calamitates conqueratur. Poſt illum, circa An.* DCCXXV. *Eccleſiaſticam Hiſtoriam edidit* Beda. *Deinde, temporibus* Ælfredi Magni, *res geſtas iſtius Regis compoſuit* Aſſerius. Ælfricus, *qui mortem obiit Anno* MXVI. *dicitur condidiſſe Chronica Saxonica,* quæ in primis agebant de Eccleſia Cantuarienſi. *Quam ob cauſſam nonnulli hoſce* Annales *Ælfrico tribuerunt; à quibus tamen ego prorſus diſſentio.*

diſſentio. Tantum enim abeſt ut cujuſvis Eccleſiæ negotia contineant, ut nihil fere præter res bellicas enarrent; obiter ſubinde factâ mentione Archiepiſcopi aut Epiſcopi ſive ſedem capeſſentis, ſive morientis. Turgotus Dunelmenſis, *qui floruit ſub Henrico I. dicitur contexuiſſe Annales ſui temporis; ſed cum illi, ut etiam alii complures, injuriâ temporis perierint, nulla nobis habenda eſt eorum ratio.* Florentius, *Wigornienſis Monachus, qui claruit circa Annum* MCX. *Chronicon compoſuit ex Chronicis; atque res eas omnes quæ ad Anglicam nationem pertinent, ita manifeſtò ex* Chronico Saxonico *decerpſit, ut illud etiam* κατὰ πόδας *ſit ſecutus. Quòd ſi quiſquam mihi minus credat, ipſum habet confitentem ad An.* DCCXXXIV. *ſeſe res geſtas tradidiſſe, prout* Anglicarum Chronicarum textum reperiit.

Turgotus Dunelm. Sub H. I.

Florentius Wigorn. A. 1110.

Pauca hæc de illorum temporum Scriptoribus eo conſilio præmiſi, ut facilius exiſtimare poſſimus quantum fere ii ex Chronico Saxonico *pendeant, quantis etiam in tenebris ſine iſtius auxilio verſemur. Cum vero variis ſæculis, adeoque ſtylo diſſimili ſcriptum fuerit, ac plures auctores agnoſcat; quò fiat perſpicuum, quantum adjumenti ex eo habituræ ſunt hujus gentis Antiquitates, neceſſarium duxi ſingulas illius partes curioſiùs expendere.*

Chronici Hujusce Pars ex Beda, ante A. 731.

De eâ igitur Britanniæ *deſcriptione, & Commentariolis de Romanis Imperatoribus, de Saxonum item in hanc terram adventu; dubitandum (opinor) non eſt, quin ex Beda fuerint deſumta. Eidem acceptam refero aliquam partem eorum, quæ ante An.* DCCXXXI. *(in quo ſuam Hiſtoriam claudit) ad res Eccleſiaſticas pertinent. Verùm bella Anglo-Saxonum cum Britannis, quæ per multos annos duraverunt, unde petenda ſint, idoneum auctorem habemus neminem. In Gildâ, in Bedâ, fruſtra illarum Hiſtoria quæritur; ita ut* Chronico Saxonico *debeamus, quòd aliqua illorum temporum notitia ad noſtram ætatem pervenerit. Etſi enim non putem partis iſtius Scriptorem, teſtem fuiſſe belli oculatum; veriſimile tamen eſt eum in vetuſtos aliquos Annales fortè incidiſſe, unde earum rerum notitiâ fuerit inſtructus. Quæ cauſſa eſſe potuit, ut ea pars in omnes Codices admitteretur; merito certè rejicienda, niſi aliunde quàm vanis vulgi opinionibus illius auctoritas ſuſtentaretur. Idem etiam dicendum eſt de illis, quæ ante An.* DCCXXXI. *hi Annales exhibent, apud Bedam neutiquam occurrentia. Nec aliud ſentiendum eſſet de iis quæ ſequuntur, ad initia uſque Regis Ælfredi, niſi invectam fuiſſe ſub hæc tempora conſuetudinem res notatu digniores in Codices publicos referendi, nonnulla ſuaderent; literarum incrementum, Monaſteriorum fundatio, otii abundantia. Quanquam enim, durante Anglo-Saxonum heptarchia, Anglia crebris vaſtationibus, belliſque civilibus divexaretur; poſtquam tamen Reges Chriſtianam Religionem ſuſcepiſſent, ſacris ædibus, quæ Annales ejuſmodi aſſervarunt, ita magnus honos habitus eſt, ut illæ etiam inter cædem ac rapinas inviolatæ permanſerint. Ab infantia ad mortem Ælfredi M. cum* Aſſerii Menevenſis *Hiſtoriâ* Annales Saxonici *in multis conveniunt; ut omnino ex his alterum exiſtimandum ſit, aut Monachos illius Librum in Linguam Saxonicam tranſtuliſſe, aut illa, quæ ii in Commentarios regeſſerant, Hiſtoriæ Aſſerianæ materiam præbuiſſe.*

Multa ante A. 731. quæ alibi non extant.

Plurima de Alfredo Magno apud Asserium Menev. ab A. 853. ad 901.

De illis quæ Ælfredi M. obitum ſequuntur, ad tempora Willelmi Conqueſtoris, hoc tantum habeo dicere, multa deprehendi indicia Scriptorum, qui rerum veriſſimam ſcientiam habuerunt. Sententiarum brevitas, materiæ varietas, rerum Eccleſiaſticarum, civilium, bellicarum miſtura, videntur abundè teſtari res geſtas anni cujuſque diverſis temporibus, memoriæ juvandæ cauſſâ, in Scripta relatas fuiſſe. Quid quod ſæpenumero

Pars ab A. 901. ad 1066.

numero non contenti ſunt tradere, quo anno, quove etiam menſe res facta fuerit, ſed ad diem ac horam deſcendunt. Rem eandem confirmant Virorum Nomina; quæ non alio modo in Chronico Saxonico *ſcribuntur, quàm inciſa in* Numiſmatis *conſpicimus. Quòd verò idioma Saxonicum in ea parte quæ vitas tradit Hardacnuti ac Edwardi Confeſſoris, haud parum immutari incipit, ac rejectis vocalibus, ſyllabis item quibuſdam, ad noſtrum efferendi morem paullatim vergere; id etiam pro nobis facit. Iis enim temporibus revera mutari cœpiſſe, teſtem habemus* Edwardi *Confeſſoris Numiſma, in quo Regis iſtius nomen* EDƿARD *exaratur; cùm tamen nominis origo, & antiqua ſcriptio* EADƿEARD *poſtulent. Ejuſdem numiſmatis pars adverſa, in qua* LEFƿINE *ſcriptum conſpicitur pro* LEOFƿINE, *idem teſtatur. Res geſtæ* Willelmi Conqueſtoris *deſcribuntur ſtylo à præcedentibus longè diverſo, & ad ſermonem noſtri temporis multò propius accedente. Idioma in pleriſque Gallicum, in ſcribendo brevitas conciſa ſive Gallica, Gallica etiam vocabula paullatim ſubrepunt. Styli hæc diverſitas quæ poſt Normannorum tempora in* Chronico Saxonico *deprehenditur, diverſos fuiſſe partis iſtius Scriptores luculentè probat. Sed & idem oſtendunt ipſa Scriptorum verba. Ad Annum* MLXVI. *ubi monaſterii Petroburgenſis calamitates deſcribit, addit* God hit gemiltſe:· *i.e.* Deus illius miſereatur. *Ex quibus verbis apertè colligitur, iſtam Eccleſiam, cùm hæc ſcriberentur, ſub iis anguſtiis laboráſſe. An.* MLXXXV. *poſtquam iſtius anni miſerias tradidit, accedunt* Gebete hit God ælmihtiga þonne hiſ ƿylla ſy:· *i.e.* In melius vertat Deus omnipotens quum ipſi viſum fuerit. *An.* MLXXXVI. *Willelmi Conqueſtoris mores, indolem, imperium depicturus, ab his verbis incipit* Gif hƿa geƿilnigeð to geƿitane hu gedon man he ƿæſ. oððe hƿilcne ƿurðſcipe he hæfde. oððe hu fela land he ƿæſ hlaford. þonne ƿille ƿe be him aƿritan ſƿa ſƿa ƿe hine ageaton. þe him on-locodan. ⁊ oðre hƿile on hiſ hirede ƿunedon:· *i.e.* Si cui libet cognoſcere qualis vir fuit, ſive quantis honoribus afficiebatur, ſive quot terrarum fuit dominus, volumus nos eum deſcribere, quatenus ſcimus, qui eum vidimus, & nonnunquam in ejus curia fuimus. *An.* MCVI. Gehƿylce ſædon þ hig ma on þiſon timon un-cuðra ſteorra geſaƿon. ac ƿe hit openlicor ne aƿriton. forðam þe ƿe hit ſylfe ne ſaƿon:· *i.e.* Plerique dicebant ſe plures ſub id tempus inſolitas ſtellas conſpexiſſe, verùm nos illud pro certo non ſcribemus, propterea quòd ipſi non vidimus. *An.* MCXXVII. *deſcribit Henrici, Abbatis Petroburgenſis, acceſſum ad Abbatiam, additque,* Þiſ ƿaſ hiſ in-gang. of hiſ ut-gang ne cunne ƿe ʒett noht ſeggon. God ſcaƿe ƿore:· *i.e.* Hujuſmodi erat illius acceſſus: de diſceſſu ejus nihil adhuc dicere poſſumus. Deus prævidet. *Alia etiam hujus generis teſtimonia occurrunt ad Annos* MCXXVIII. MCXXX. MCXXXVII.

Scripturæ immutatio inter A. 1039 & 1066.

Stylus diverſus ab A. 1066.

Atque de Chronico *hactenùs. De* Tabula *Chronico accommodatâ ſciat Lector benevolus me nihil in eâ, niſi firmis rationibus, in* Explicatione Nominum Locorum *traditis, adductum ſtatuiſſe. In quâ quidem nec fruſtrà operam poſuiſſe, facilè (opinor) conceſſerit, qui eam cum* Camdenianâ *conferre dignabitur. Perpendat autem noſtram non eſſe* Heptarchiæ *tabulam, ſed ex iis ſolùm nominibus confectam, quæ in* Annalibus Saxonicis *continentur. Quòd ſi hanc Viris eruditis non ingratam eſſe reſciero, operæ pretium arbitrabor, vetuſta omnia locorum nomina, ex Anglo-Saxonum monumentis eruta, ampliori Tabulâ repræſentare.*

TESTI-

TESTIMONIA
DE
CHRONICO SAXONICO.

Florentius Wigornienſis ad An. DCLXXII.

KEnwalchius Rex Weſt-Saxonum, 30 anno regni ſui defunctus eſt. Cujus uxor Sexburga Regina ſecundum *Anglicam Chronicam* uno poſt illum regnavit anno: ſecundum verò Bedam, Subreguli regnum inter ſe diviſum annis circiter x. tenuerunt.

Idem ad An. DCCXXXIV.

Hic [Beda] ſuæ gentis quamplurima geſta hucuſque luculento deſcripſit ſermone, unumque temporalis vitæ, modumque terminavit Hiſtoriæ. Nos verò Deo aſpirante ab ejus vitæ felici exitu, prout *Anglicarum Chronicarum* reperimus textum, fideliumque virorum credibili relatu, vel quæ nos ipſi indubitata audivimus, vel quædam quæ oculis aſpeximus, amodo fideliter notata, fidelium ſucceſſorum relinquenda dignum duximus memoriæ.

Idem in Genealogia Regum Weſt-Saxonum.

Deinde [i. e. *poſt Sexburgam*] Kenfus duobus annis ſecundum dicta Regis Alfredi, juxta verò *Chronicam Anglicam* filius ejus Æſcwinus fere tribus annis regnavit.

Idem in eadem Genealogia.

Anno Dominicæ Incarnationis ſecundum Dionyſium DXIX. Cerdicus & Kenricus filius ejus, ſecundum *Anglicam Chronicam* in Weſt-Saxonia regnare cœperunt.

Willelmus Malmesburienſis Lib. 1. *Cap.* 1.

Æthelbertus, filius Ermerici, rerum potitus 53 annos juxta *Chronicam*, juxta Bedam 56, tranſegit.

Voſſius de Hiſtoricis Latinis.

Florentius Wigornienſis compoſuit Chronicon ex Chronicis. Atque id opus eo majoris duci convenit, quòd Latinè ei inſerantur ſuis locis antiqui *Anglo-Saxonum Annales.*

Præfatio ad Vitam Regis Ælfredi.

Chronicon Saxonicum quod Codice bono deſtitutus edidit doctiſſimus Wheelocus, addita etiam (ſed oſcitanter facta) interpretatione Latinâ, ſi à medica quapiam manu ad primævum nitorem & ſanitatem reſtitueretur (quod deſperandum non eſt) neſcio quænam è vicinis gentibus par habeat Antiquitatis ſuæ monumentum.

CHRONI-

CHRONICON *SAXONICUM.*

[a] BRITTENE Igland is ehta hund mila lang. ⁊ twa hund brad. And her sind on þis Iglande fif geðeode. Englisc. ⁊ Brittisc. ⁊ Wilsc. ⁊ Scyttisc. ⁊ Pyhtisc. ⁊ Bocleden. Erest weron bugend þises landes Brittes. þa coman of Armenia. ⁊ gesætan suðeweardæ Bryttene ærost. Ða gelamp hit þ Pyhtas coman suþan of Scithian. mid langum scipum na manegum. ⁊ þa coman ærost on norð Ybernian up. ⁊ þær [b] bædo Scottas þ hi þer moston wunian. Ac hi noldan heom lyfan. forðan hi cwædon þa Scottas. we eow magon þeah-hwaðere ræd [c] gelæron. We witan oðer Egland her be eastan. þer ge magon eardian gif ge willað. ⁊ gif hwa eow wiðstent. we eow fultumiað. þ ge hit magon gegangan. Ða ferdon þa Pyhtas. ⁊ geferdon þis land norðanweard. and suðanweard hit hefdon Brittas. swa we ær cwedon. And þa Pyhtas heom abæ-

[1] BRITANNIA Inſula [2] longa eſt millia paſſuum octingenta, & [3] ducenta, lata. In hac autem Inſula ſunt quinque nationes; Anglica, Britannica ſeu Wallica, Scotica, Pictica & Latina. Primi hujus terræ incolæ fuere Britanni, qui ex [4] Armenia profecti, in Auſtrali parte Britanniæ primum ſedem poſuerunt. [5] Poſtea contigit Pictos ex Auſtrali parte Scythiæ, longis navibus, haud ita multis, advectos, ad Hiberniæ Septentrionales partes primum appuliſſe, ac à Scotis petiſſe, ut ibi habitare ſibi liceret. Cæterum iis veniam dare nolebant; reſpondent autem Scoti: poſſumus nihilo ſecius conſilio vos juvare. Aliam novimus Inſulam hinc ad Orientem, ubi (ſi viſum fuerit) habitare poſſitis; & ſi quiſpiam [armis] reſtiterit, nos vobis ſubveniemus, quo eam expugnare valeatis. Tum ſolvebant Picti, & hanc terram à parte Boreali ingreſſi ſunt; Auſtralia enim Britones occupaverant, uti antea diximus. Tum Picti ſibi uxores

---

a Totum hoc uſque ad An. I. *traduximus huc ex Chronico MS. Laud.* *b l.* bædon. *c l.* gelæran.

1 *Deſcriptionem* Britanniæ *prolixiorem habet Ven.* Beda *Hiſt. Eccl. l.* 1. *c.* 1. 2 *A loco* **Penwithſtert**† *vocato, qui ſitus eſt* 15. *leugis ultra* **Michaelſtowe**+ *in Cornewalas, uſque ad* **Cathenes** *trans Scotiam.* Simeon Dunelmenſis. 3 300. *à* **Depieſtowe** *uſque* **Dofre.** Id. 4 *Armorica* Bed. *l.* 1. *c.* 1. 5 *Poſt intervallum* 800. *annorum.* Henricus Huntingdonienſis. *Pictorum in Britanniam adventum ſub An. Dom.* 75. *ponit* Matthæus Weſtmonaſterienſis.

† The Lands End. + St Michael's Mount in Cornwall.

res à Scotis impetrabant, ea conditione, [1] ut ſuam Regalem proſapiam ſemper à parte fœminea eligerent"; quem morem longe poſtea ſervarunt. Contigit deinde annorum decurſu, Scotorum aliquos ex Hibernia profectos in Britanniam, hujus terræ partem aliquam expugnaſſe. Dux autem eorum 2 Reoda vocabatur, à quo ipſi dicti ſunt 3 Dælreodi. Sexaginta ante annos quam Chriſtus naſceretur, Caius Julius, Romanorum Imperator, cum 4 octoginta navibus" Britanniam petiit. Ibi acri primum pugna fuit oppreſſus, ac magnam partem ſui exercitus amiſit. Tum ſuas legiones apud Scotos reliquit, & in Gallias tranſvectus, ibi ſexcentas naves comparavit, cum quibus poſtea in Britanniam tranſibat. Ubi primum congreſſi ſunt, occiſus eſt Cæſaris Tribunus, qui vocabatur [5] Labienus. Sudibus deinde comparatis, [Britanni] toto cujuſdam fluminis vado eas acutas quidem ac magnas ſub aquis defigebant; flumen autem vocatur Tameſis. Id ubi Romani deprehenderant, vadum tranſire nolebant; ideoque Britanni in ſylvas denſas confugerunt. Cæſar autem oppida primaria bene multa gravi prælio expugnavit; ac in Gallias poſtea revertebatur.

don ƿiþ æt Scottum. on þa ȝerad ꝥ hi ȝecuron heora kyne-cin áá on þa ƿif healfa. ꝥ hi heoldon sƿa lanȝe syððan. And þa ȝelamp hit imbe ȝeara rina ꝥ Scotta sum dæl ȝeƿat of Ybernian on Brittene. ⁊ þes landes sum dæl ȝeeodon. ⁊ ƿes heora heratoȝa Reoda ȝehaten. From þam heo sind ȝenemnode [a] Dælreodi :. [b] Sixtiȝum ƿintrum ær þam þe Crist ƿere acenned. Gaius Julius Romana Casere mid hund ehtatiȝum scipum ȝesohte Brytene. Ðer he ƿes ærost ȝesƿenced mid ȝrimmum ȝefeohte. ⁊ micelne dæl his heres [c] forlædde. And þa he forlet his here abidan mid Scottum. ⁊ ȝeƿat into Galƿalum. ⁊ þer ȝeȝadorode six hund scipa. mid þam he ȝeƿat eft into Brytene. And þa hi ærost toȝedore ȝeræsdon. þa man ofsloh þes Caseres ȝeresan. se ƿes Labienus ȝehaten. Ða ȝenamon þa Walas. and adrifon sumre ea ford ealne mid scearpum [d] pilum ȝreatum innan þam ƿætere. sy ea hatte Temese. Ða ꝥ onfundon þa Romani. þa noldon hi [e] faran ofer þone ford. þa fluȝon þa Bryt-ƿalas to þam ƿudu-fæstenum. ⁊ se Casere ȝeeode ƿel maneȝa heh-burh mid mycelum ȝeƿinne. ⁊ eft ȝeƿat into Galƿalum":.

+ lege fæstenu-m

Anno

a Dalreadingas. *Regius Bedæ Interpres.* b *Hoc paucis complectitur Chronicon Wheeloci:* Ær Cristes geflæscnesse syxti ƿintra. Gaius Julius se Casere ærest Romana Bretene lond gesohte. ⁊ Bryttas mid gefeohte cnysede. ⁊ hy oferswyðde. ⁊ swa ðeah ne meahte þær rice gewinnan :. *Ante Chriſti incarnationem ſexaginta annis, Caius Julius Cæſar primus Romanorum Britanniam petiit, Britannoſque pugna oppreſſit, & illos devicit; veruntamen haud potuit regno potiri.* c *l.* forlæt. d *l.* palum. e *l.* faran.

1 *Ut ubi res veniret in dubium, magis de fæminea Regum proſapia, quam de maſculina, Regem ſibi ſemper eligerent.* Bed. 2 *Reuda.* Bed. Hunt. 3 *Dalreudini.* Bed. *Hiſt. Eccl. l.* 1. *c.* 1. *cujus etiam nominis ibi rationem ſubjicit, quia (inquit) Linguâ eorum* dal *partem ſignificat; ut ſit,* cohors hominum ſub Reoda. *A.S.* dæl *portio,* dælan *dividere. Goth.* 𐌳𐌰𐌹𐌻 *pars,* 𐌳𐌰𐌹𐌻𐌾𐌰𐌽 *dividere. Alaman.* teilen. *Cimbr.* ad teila. 4 *Præter octoginta onerarias, in quibus duæ legiones erant tranſportatæ, tradit Cæſar ſe octodecim naves equitibus diſtribuiſſe. Bell. Gall. lib.* 4. 5 *Mendoſe (uti ſuſpicor)* Labienus; *is enim multo tempore poſt pugnam Britannicam Cæſaris extitit legatus, ac demum, defectione ad hoſtes facta, in Bello, quod habuit cum Pompeii filiis Cæſar, Hiſpanico periit.* A. Hirtius *de Bell. Hiſpan. c.* 4. *Legendum vero fortaſſe* Laberius, *nam* Q. Laberium Durum, *tribunum militum, à Britannis occiſum memorat* Cæſar *in Comment. de Bell. Gall. l.* 5. *c.* 5.

ðæl . ðælan.

a rixade.

Anno I. Octavianus [a] ricsode [b] LVI. ƿintra; ⁊ on þam [c] XLII. geare his rices Crist ƿæs acenned. [d] Ða [e] tungel-ƿitigan of east dæle [f] cuomon to [g] þon ꝥ hy Crist [h] ƿeorðedon. And þa cild on Beð-leem [i] ofslegene ƿærun" for Cristes ehtnesse [k] from Herode:·

An. I. Octavianus regnabat annis [1] LVI. anno autem regni ſui quadrageſimo ſecundo natus eſt Chriſtus. [2] Iis temporibus, Magi ex partibus Orientalibus, Chriſti colendi cauſa, ſunt profecti: [3] infantes item Bethlemitici ab Herode interfecti ſunt, dum is Chriſtum perſequeretur.

II.

[l] Anno III. Her sƿealt Herodes [m] from him [n] selfum ofsticod. ⁊ Archelaus his [o] sunu feng to rice. [p] And ꝥ cild Crist ƿearð geboren agean of Egiptan":·

An. III. [4] Hoc anno, Herodes ſua manu confoſſus periit, & Archelaus ejus filius regnum capeſſit". [5] Chriſtus item infans ex Ægypto relatus eſt.

IV. V.

[q] An. VI. From frymðe middan-[r]geardes oð þis gear ƿæron agan V. [s] þusendu ƿintra ⁊ tƿa hund ƿintra:·

An. VI. Ab initio mundi in hunc annum quinquies mille & ducenti anni effluxerunt.

VII. VIII. IX. X.

[t] An. XI. * Her onfeng Herodes Antipatres sunu to rice in Judea:·

[6] An. XI. Hoc anno, Herodes Antipatri filius, Procurationem Judææ ſuſcepit.

An. XII. Philippus ⁊ Herodes [u] to-dældun * Judeam [x] feoðericum [y] to-dældun:·

[7] An. XII. Philippus & Herodes partiti ſunt Judæam; in quatuor autem regna diſtribuerunt.

XIII. XIV. XV.

An. [z] XVI. Her feng Tiberius to rice:·

An. XVI. Hoc anno, Tiberius imperium capeſſit.

XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV.

[1] An.

---

a rixade. *Laud. Cot.* b *Sic Laud. Cot. mendoſe Wheel. & Cant.* syx ⁊ syxti. c *Sic Laud. mendoſe Wheel.* LXII. *vitio fortaſſe Librarii literis tranſpoſitis.* XLV. *Cant.* d *Referuntur uſque ad anni finem ad An.* 2. *Laud. Cot. Cant.* *e* tungol. *Cant.* *f* coman. *Laud. Cant.* g þan. *Laud. Cant.* *h* ƿurðoden. *Laud.* ƿeorðodan. *Cant.* *i* ofslagene ƿæron. *Laud. Cot.* *k* fram. *Laud.* l *An.* 2. *Laud.* *m* fram. *Laud.* *n* sylfum. *Laud.* *o* sune. *Laud.* p *Ex MS. Cot.* q *An.* 2. *Laud.* *r* eardes. *Laud.* *s* þusend. *Laud.* *t Referuntur ad An.* 6. *Ben.* * *Cod. Petroburg. Notandum, quod in MS. Ben. quo uſus eſt Wheelocus, occurrunt ſubinde charactere recentiori deſcripta quædam, manu fortaſſe Jocelini, ex Cod. Petroburgenſi (uti putat Wheeloc.) exarata; ea nos per totum opus deſignamus hac nota --- Cod. Petroburg.* *u* to-dældon. *Laud.* * *Poſt* to-dældun *legunt Wheeloc. & Cant.* ⁊ Lysiam. *quæ tamen rectius opinor omiſit Cod. Laud. hinc enim errorem Codd. Ben. & Cot. quibus uſus eſt Wheelocus, irrepſiſſe exiſtimo, quod* Lyſias *unus ex iis fuerit cui tetrarchiæ erant attributæ.* *x* 4. ricu. *Laud. Hæc quæ ad An.* 12. *habet Wheelocus, ſic ſe habent (ſed ad An.* 7.) *in Cot.* Her ƿearð Judea to-dæled on feoƿer tetrarchan:· *Hoc anno diviſa erat Judæa in quatuor tetrarchias.* *y* to-dældon. *Laud. deeſt Cant.* *z* 15. *Cant.*

Additiones ex Cod. Petroburg. in MS. Ben.

1 56. *annos,* 6. *menſes, aliquantoſque dies.* Florentius Wigorn. 56. *an.* 6. *menſ.* Bed. de ſex ætatibus mundi. 2 *Ad an.* 2. Mat. Weſtmonaſt. 3 *Ad an.* 4. Flor. *ſecundum Computum Evangelii, quem ſequimur ad an.* 181. *hujus Chronici; inde vero Computum ſecundum Dionyſium.* 4 *Ad an.* 6. Flor. 5 *Ad an.* 7. Flor. 8. Weſt. 6 *An.* 7. Flor. 7 *An.* 7. Weſt.

Computi ratio.

[1] An. XXVI. Hoc anno, Judææ procurationem ſuſcepit Pilatus.

[2] An. XXX. Hoc anno, Chriſtus baptizatus eſt: Petrus, Andreas, Jacobus, Joannes & Philippus, ac reliqui ex duodecim Apoſtolis convertebantur.

[3] An. XXXIII. Hoc anno*, cruci ſuffixus eſt Chriſtus, ab initio mundi quinquies circiter milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo ſexto.

[4] An. XXXIV. Hoc anno, [5] converſus eſt Sanctus Paulus", & Sanctus Stephanus lapidibus obrutus.

[6] An. XXXV. Hoc anno, beatus Petrus Apoſtolus Sedem Epiſcopalem in Antiochena civitate conſtituit.

[7] An. XXXVII. Hoc anno, Pilatus manu ſua ſeipſum confodit.

An. XXXIX. Hoc anno, Caius imperium capeſſit.

An. XLIV. [8] Hoc anno, beatus Petrus Apoſtolus Romæ Sedem Epiſcopalem conſtituit". Item Jacobus, Johannis frater, ab Herode morte multatus eſt.

An. XLV. Hoc anno, mortem obiit Herodes, qui anno uno ante ſuum obitum Jacobum interfecit.

An. [a]XXVI. Her onfeng Pilatus [b]gymenge ofer [c]þa" Judeas.

XXVII. XXVIII. XXIX.

An. XXX. Her wæs Crist [d]gefulluhtud. 7 Petrus 7 Andreas [e]gehwyrfon. 7 Jacobus 7 Joannes [f]7 Philippus". [g]7 þa XII. Apostolas".

XXXI. XXXII.

An. XXXIII. Her wæs Crist ahangen [h]fram fruman" middan-[i]geardes ymb fif [k]ðusendo wintra [l]7 CC. 7 [m]XXVI". wintra.

An. XXXIV. Her wæs [n]sce" Paulus [o]gehwyrfed. 7 sce Stephanus [p]wæs" [q]oftorfod.

An. XXXV. Her se eadiga Petrus se Apostol gesæt [r]Bisceop-setl [s]in Antiochia [t]þære" ceastre.

XXXVI.

[u]An. XXXVII. Her Pilatus ofsloh hyne sylfne mid his agenre handa".

XXXVIII.

An. XXXIX. Her [x]onfeng Gaius rice".

XL. XLI. XLII. XLIII.

[y]An. XLIV. Her se eadiga Petrus se Apostol gesæt [r]Bisceop-setl on Rome. [z]Her Jacobus. Johannes broðer. wearð ofslagen fram Herode".

[a]An. XLV. Her Herodes [b]asswealt. se þe Jacobum ofsloh. [c]ane geare ær his [d]agnum [e]deaþe.

* An.

a 25. *Cant.* *b* gymene. *Laud. Cot.* *c Ex Laud. Cot.* *d* gefulpad. *Cant.* gefullod. *Laud. Cot.* *e* gehwyrfede. *Laud.* gehwerfede. *Cot.* gehwyrfde. *Cant.* *f Deeſt Laud.* *g Sic Laud. & Cant. Sed Codd. Benedict. & Cot. quos ſecutus eſt Wheelocus, hæc ultima verba mendoſe ponunt poſt* gefulluhtud, *tanquam ſenſus eſſet* ---Hoc anno, Chriſtus, cum duodecim Apoſtolis, baptizatus eſt. *h* fram frymðe. *Cant.* *i* eardes. *Laud.* *k* ðusend. *Laud.* *l Mendoſe Wheelocus* 7 twa 7 syx 7 twenti. *m* 23. *Cant.* *n Ex Laud. Cot. Cant.* *o* gehwyrued. *Cot.* *p Ex Cot.* *q* oftorfod. *Cot.* *r* bisceop-stol. *Cot.* bischop-setl. *Cant.* *s* on. *Laud. Cant. Cot.* *t Deeſt Laud.* *u Ex Cot.* *x* Gaius feng to rice. *Cot.* *y An.* 45. *Laud.* *z Ex Cot.* *a An.* 46. *Laud.* *b* swealt. *Laud.* *c* anum. *Laud.* *d* agenum. *Laud.* *e* dæþe. *Cant.*

1 *An.* 29. Flor. 2 *An.* 31. Flor. 3 *An.* 34. Flor. * 8. *die Aprilis.* Flor. Weſt. 4 *An.* 35. Flor. 5 *An.* 35. Weſt. 6 *An.* 38. Flor. *& an.* 34. Weſt. *hæc ita tradunt* --- S. Petrus cathedram Antiochenæ Eccleſiæ tenet annis 7. 7 *An.* 42. Flor. 8 *Ad an* 46. Petrus Apoſtolus, cum primus Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam mittitur, ubi Evangelium prædicans, 25. annis, menſibus 6. diebus 13. Epiſcopus ejuſdem urbis perſeverat. *Flor.*

a An.

[a] An. XLVI. [b] Her Claudius. oðer Romana cyninga. Bretene [c] lond" gesohte. ⁊ þone [d] maran dæl [e] ðær ealondes" on his geweald onfeng. ⁊ eac swilce Orchadus ða ealond Romana cynedome underðiodde. [f] Þis wæs feorðes geares his rices. [g] ⁊ on þis ylcan geare geweard se mycela hungur on Syria" þe Lucas wrecð on þare boc Actus Apostolorum". [h] Ða feng Nero to rice æfter Claudie. se æt nextan forlet Brytene Igland for his uncafscipe":·

[i] An. XLVII. Marcus se Godspellere in Ægipta aginð writan ꝥ Godspell":·

XLVIII. XLIX.

[k] An. L. Her Paulus gebunden wearð gesend to Rome":·

LI. LII. LIII. LIV. LV. LVI.

An. LXII. Her Jacobus. [l] Cristes broðer". [m] þrowode:·

An. LXIII. Her Marcus se Godspellere forðferde:·

LXIV. LXV. LXVI. LXVII.

An. LXIX. [n] Her Petrus ⁊ Paulus þrowodon":·

An. XLVI. [1] Hoc anno, Claudius ex Romanis Imperatoribus ſecundus qui Britannorum terram petebat, majerem hujus Inſulæ partem ſuæ fecit poteſtatis, atque Orcadum Inſulas ſub imperium Romanorum ſubjunxit". Hoc geſtum eſt anno quarto ſui imperii. [2] Eodem ipſo anno, magna fames in Syria contigit, quam memorat Lucas in libro [qui inſcribitur] Actus Apostolorum. Poſt Claudium Nero imperium capeſſit, qui propter ſuam ignaviam Britanniæ Inſulam prope amiſit.

[3] An. XLVII. Marcus Evangeliſta in Ægypto ſuum Evangelium ſcribere inſtituit.

[4] An. L. Hoc anno, Paulus Romam vinctus mittebatur.

LVII. LVIII. LIX. LX. LXI.

[5] An. LXII. Hoc anno, Jacobus, frater Domini, [6] paſſus eſt.

[7] An. LXIII. Hoc anno, Marcus Evangeliſta [8] defunctus eſt *.

LXVIII.

[9] An. LXIX. Hoc anno, Petrus & Paulus [10] paſſi ſunt.

a An. 47. *Laud.* *b* Her Claudius Romana cining gewat mid here on Brytene. ⁊ ꝥ igland geeode. ⁊ ealle Pihtas. ⁊ Walas underþeodde Romana rice. *Laud.* *Hoc anno, Claudius, Romanorum Imperator, tranſibat cum exercitu in Britanniam, eamque Inſulam ſubjugavit; omnes etiam Pictos & Britannos in Romanorum ditionem redegit.* --- Her Claudius se Kasere com to Brytlande. ⁊ geeode mycel þæs eglandes. ⁊ eac ꝥ egeland of Orcanie he geehte to Romanan. *Cot.* *Hoc anno, Claudius Cæſar Britanniam petiit, & magnam partem hujus Inſulæ ſubjugavit; Inſulam etiam Orcadum Romanis ſubdidit.* *c Deeſt Cant.* *d* mæstan. *Cant.* *e Deeſt Cant.* *f Cod. Petroburg. Deſunt Cant.* --- Ðis gefeoht he gefremede þam feorþan geare his rices. þam geare geweard se mycla hunger on Siria. þe wes forewitegad on Actibus Apostolorum þurh Agabum þone witegan. *Laud.* *Prælium hoc confecit anno ſui Imperii quarto; quo anno magna fames fuit in Syria, quæ prænunciata fuerat in Actibus Apoſtolorum, per Agabum Prophetam.* *g An.* 47. On þisum geare wæs swiðe stið hunger. *Cot.* *Hoc anno fuit fames graviſſima.* *h Ex Laud.* *i Ex Cot.* *k Ex Cot.* *l Sic Cot.* fratер d̄ni. *Laud. Wheeloc. Cant.* *m* þrowade. *Laud.* *n* Her Petrus þrowode on rode. ⁊ Paulus wæs ofslagen. *Cot.* *Hoc anno Petrus in cruce paſſus eſt, & Paulus fuit occiſus.*

1 *Ad an.* 48. Flor. 44. Weſt. 2 *Ad an.* 48. Flor. 3 *Ad an.* 55. *Marcus Evangelium quod Romæ ſcripſit, Petro mittente, in Ægypto prædicat.* Flor. *ad an.* 42. Bed. -- *Marcus Evangeliſta Evangelium, quod Petro narrante conſcripſerat, primum Aquileiæ prædicavit, ibique ordinato Hermagora diſcipulo ſuo, ad Ægyptum pervenit.* Weſt. 4 *An.* 60. Flor. 5 *An.* 64. Flor. 6 *Lapidatur.* Flor. Weſt. 7 *An.* 67. Flor. 46. Weſt. 8 *Alexandriæ Martyrium complevit.* Weſt. * 7. *Maii, die Paſchæ.* Flor. 9 *An.* 72. Flor. 66. Weſt. 10 *Petrus crucifixus, Paulus gladio cæſus.* Flor.

[1] An. LXX. Hoc anno, Veſpaſianus imperium capeſſit.

An. LXX. [a] Her Vespasianus [b] onfeng rice":·

[2] An. LXXI. Hoc anno, Titus, Veſpaſiani filius, Judæorum undecies centum millia Hieroſolymis interfecit.

An. LXXI. Her Titus. Vespasianus sunu. [c] in Hierusalem ofsloh [d] Judea [e] endlyuan siðan hund" [f] þusenda:·

LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXVIII. LXXIX. LXXX.

[3] An. LXXXI. Hoc anno, poſt Veſpaſianum Titus imperio potitus eſt, qui ſolebat dicere, diem ſe perdidiſſe in quo nihil boni feciſſet.

An. LXXXI. Her [g] Titus [h] feng to rice" [i] æfter Vespasiane". se þe sæde. ꝥ he þone dæg forlure. þe he [k] noht to gode on ne [l] gedyde:·

LXXXII.

[4] An. LXXXIII. Hoc anno, Domitianus, Titi frater, imperium ſuſcepit.

[m] An. LXXXIII. Her Domicianus. Tites broðor. feng to rice:·

[5] An. LXXXIV. Hoc anno, Johannes Evangeliſta in Inſula Patmo Librum exaravit, qui vulgo appellatur Apocalypsis.

An. [n] LXXXIV. Her Johannes se [o] Godspellere [p] in Pathman þam [q] ealonde" [r] wrat þa boc [s] þa man clipað" Apocalipsis:·

LXXXV. LXXXVI. LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX.

An. XC. [6] Hoc anno, Simon Petrus, Chriſti † propinquus, cruci affixus eſt *; & Johannes Evangeliſta Epheſi vitam finivit.

An. [t] XC. Her Simon [u] Petrus [x] Cristes mæi" wæs ahangen. ⁊ Johannes se Godspellere [y] hine gereste" [z] in [a] Effesio":·

XCI.

[7] An. XCII. Hoc anno, Clemens Papa [8] defunctus eſt.

An. [b] XCII. Her Clemens [c] se" Papa [d] forðferde:·

XCIII. XCIV. XCV. XCVI. XCVII. XCVIII. XCIX. C. CI. CII.
CIII. CIV. CV. CVI. CVII. CVIII. CIX.

[9] An. CX. Hoc anno, [10] paſſus eſt * Ignatius Epiſcopus.

An. [e] CX. Her Ignatius [f] se" [g] biscop [h] þrowude:·

CXI. CXII. CXIII.

[i] An. CXIV. Alexander hic conſtituit aquam benedictam fieri.

CXV.

---

a Her agann Vespasianus to rixiende. *Cot.* *Hoc anno Veſpaſianus incœpit regnare.* b feng to rice. *Cant.* c on. *Cant. Cot.* d Judeiscra manna. *Cot.* e *Sic MS. Cot. Mendoſe Laud. Wheeloc.* CXI. f þusend. *Laud.* g feng Titus to rice. *Cant.* h rixað. *Cot.* i *Ex Cot.* k naht. *Cant.* l dyde. *Laud.* m *An.* 84. *Laud.* n 87. *Laud.* o Apostol. *Cot.* p on Pathmo þæm ealande. *Cant.* q iglande. *Laud.* r awrat. *Cant.* s *Ex Cot.* t 100. *Laud. Cant.* u se Apostol. *Laud. Cant.* x *Ex Cot.* y forðferde. *Cot.* gereste on þam dæge hi Effeso. *Cant.* z *Deeſt Cot.* a Effesia. *Laud.* b 101. *Laud. Cant.* c *Ex Cot.* d forþferde. *Laud.* e 109. *Cant.* f *Deeſt Laud.* g bischop. *Cant.* h þrowade. *Laud.* þrowode. *Cot. Cant.* i *Ex Laud.* *quæ ſic habet* Florentius Wigorn. *Alexander Papa conſtituit aquam ſparſionis cum ſale benedicto in hominum habitaculis ſpargi.*

1 *An.* 74. Flor. 71. Weſt. 2 *An.* 76. Flor. 3 *An.* 84. Flor. 4 *An.* 86. Flor. 5 *An.* 100. Flor. 6 *Ad an.* 114. Flor. † *Cleophas enim, cujus filius iſte fuit, frater erat Joſeph.* Bed. *in* Martyrol. * 12. *Cal. Martii.* Bed. Martyrol. 7 *An.* 100. Flor. 8 *paſſus eſt.* Flor. 9 *Ad an.* 115. Flor. 10 *beſtiis traditur.* Flor. * *Kal. Febr.* Weſt. Bed. *in* Martyrol

a Ex

CXV.

[a] An. CXVI. Her Adrianus se Casere agan to rixienne:-

[1] An. CXVI. Hoc anno, Adrianus Imperator regnare incœpit.

CXVII. CXVIII. CXIX. CXX. CXXI. CXXII. CXXIII.

[b] An. CXXIV. Syxtus Papa hic conſtituit ymnum decantare Sanctus, Sanctus, Sanctus, in officio Miſſæ.

CXXV. CXXVI. CXXVII. CXXVIII. CXXIX. CXXX. CXXXI. CXXXII. CXXXIII.

[c] An. CXXXIV. Teleſphorus Papa hic conſtituit ymnum Angelicum decantari Gloria in excelsis Deo diebus feſtis.

CXXXV. CXXXVI. CXXXVII. CXXXVIII. CXXXIX. CXL. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLIV.

An. [d] CXLV. [e] Her Marcus Antonius ⁊ Aurelius his broðer fengon to rice":-

An. CXLV. Hoc anno, Marcus * Antonius & Aurelius frater [2] regno potiti ſunt.

CXLVI. CXLVII. CXLVIII. CXLIX. CL. CLI. CLII. CLIII. CLIV. CLV. CLVI. CLVII. CLVIII. CLIX. CLX. CLXI. CLXII. CLXIII. CLXIV. CLXV. CLXVI. CLXVII. CLXVIII. CLXIX. CLXX. CLXXI. CLXXII. CLXXIII. CLXXIV. CLXXV. CLXXVI. CLXXVII. CLXXVIII. CLXXIX. CLXXX. CLXXXI. CLXXXII. CLXXXIII. CLXXXIV. CLXXXV. CLXXXVI. CLXXXVII. CLXXXVIII.

An. CLXXXIX. [f] Her Severus feng to rice. ⁊ ferde mid here on Brytene. ⁊ mid gefeohte geeode þes iglandes mycelne dæl. ⁊ þa geworhte he weall mid turfum. ⁊ bred weall þær on ufon. fram sæ to sæ. Britwalum to gebeorge. He rixade XVII. gear". [g] ⁊ ða geendode on Everwic. [h] ⁊ " Bassianus his sunu feng to rice":- [i] Oþer his sunu wes gehaten [k] Geza se forwearð". [l] Her Eleuðer on

vigilia, & ſepultus eſt die Epiphaniæ, in conſecrata recenter Eccleſia, [nempe] in Weſtmonaſterio. Tunc Haroldus Comes capeſſit regnum, ſicut Rex ei conceſſerat, omneſque ad id eum eligebant, & conſecratus eſt in Regem in feſto Epiphaniæ; tenuit autem illud XL. hebdomadas, diemque unum. Eodem anno, quo Rex factus eſt, exiit cum navali exercitu adverſus Willelmum: interea autem applicuit Toſtigus Comes in Humbrum LX. naves; [verum] Eadwinus Comes veniens cum terreſtri exercitu, eum expulit; & Butſecarli ab eo defecerunt. Tum profectus eſt Scotiam cum XII. naviculis, eique obviam venit Haroldus Norrenorum Rex cum CCC. navibus, cui cum ſe Toſtigus ſubdidiſſet, ambo Humbrum ingreſſi, [perrexerunt] donec perveniſſent ad Eboracum, cumque illis depugnarunt Morkerus Comes & Eadwinus Comes *; at Norrenorum Rex potitus eſt victoria. Quum narratum eſſet Haroldo Regi quid ibi factum fuit, [adverſus illum] venit cum magno exercitu Anglorum, eique occurrens † apud Stængfordes-brycge, illum interfecit, Comitemque Toſtigum; totum etiam exercitum viriliter proſtravit. Interea in terram aſcendit Willelmus Comes apud Hæſtingan, in ſancti Michaelis feſto, & Haroldus de partibus Borealibus veniens cum eo depugnavit, prius quam totus ſuus exercitus conveniſſet; adeo ut is ibi occideretur, duoque fratres Gyrthus & Leofwinus: Willelmus autem hanc terram ſubjugavit, & profectus eſt Weſtmonaſterium, atque Ealdredus Archiepiſcopus eum in Regem conſecravit: tunc ei tributa ſolverunt [Angli:] datiſque obſidibus, poſtea ſuas terras redemerunt. In ea expeditione fuit Leofricus Abbas de Burh, qui in morbum incidens, domum revertebatur, &

æfen. ⁊ hine mann bebyrgede on twelftan mæsse-dæg. innan þære niwa halgodre circean on West-mynstre". And Harold eorl feng [a] to þam rice". [b] swa swa se cyng hit him geuðe. and eac men hine þær to gecuron. ⁊ wæs gebletsod to cynge on twelftan mæsse-dæg". [c] ⁊ heold hit XL. wucena ⁊ ænne dæg". [d] And þy ylcan geare þe he cyng wæs. he for ut mid scip-here to-geaneas Willme. ⁊ þa hwile com Tostig eorl into Humbran mid LX. scipum. Eadwine eorl com land-fyrde. ⁊ draf hine ut. ⁊ þa butse-carlas hine for-socan. And he for to Scotlande mid XII. snaccum. and hine gemette Harold se Norrena cyng mid CCC. scipum. ⁊ Tostig him to beah. ⁊ hi begen foran into Humbran. oð þet hi coman to Eofer-wic. ⁊ heom wið feaht Morkere eorl and Eadwine eorl. and se Norrena cyng ahte siges geweald. And man cydde Harolde cyng hu hit wæs þær gedon ⁊ geworden. ⁊ he com mid mycclum here Engliscra manna. ⁊ gemette hine æt Stæng-forðes-brycge. ⁊ hine of-sloh. ⁊ þone eorl Tostig. and eallne þone here ahtlice ofer-com. [e] And þa hwile com Willm eorl up æt Hestingan on sce. Michaeles mæsse dæg. ⁊ Harold com norðan ⁊ him wið gefeaht ear þan þe his here come eall. ⁊ þær he feoll and his twægen gebroðra. Gyrð ⁊ Leofwine. and Willelm þis land geeode. and com to West-mynstre. and Ealdred Arcebiscop hine to cynge gehalgode. and menn guldon him gyld. ⁊ gislas sealdon. ⁊ syððan heora land bohtan. And þa wæs Leofric abb. of Burh æt ꝥ ilca feord. ⁊ seclode þær. ⁊ com ham. ⁊ wæs ded sone

---

a to Engla landes cyne-rice. *Laud.* *b Ex Laud.* *c Deeſt Laud.* *d Ex Cod. Laud. deſumpſimus quæ in hoc Anno ſequuntur.* *e Quæ de* Wilhelmi *Regis Conqueſtu fuſius habet Laud. breviter ſic complexus eſt Wheelocus.* Her com Willelm. ⁊ gewann Engla land. *i. e. Hoc anno venit Willelmus, & ſubjugavit Anglorum terram.*

* *In vigilia ſancti Matthæi Apoſtoli, feria* 4^a^. *in Boreali ripa Uſæ fluminis, juxta Eboracum.* Flor. † *7. Cal. Octobris, feria* 4^a^. Flor.

a Ad

sone þær æfter on ealre halgan mæsse niht. God are his saule. On his dæg wæs ealle blisse. ⁊ ealle gode on Burh. ⁊ he wæs leaf eall folc. swa ꝥ se cyng geaf sce. Peter and him ꝥ abbot-rice on Byrtune. ⁊ se of Couentre. ꝥ se eorl Leofric. ðe wæs his eam. ær heafde macod. ⁊ se of Crulande. ⁊ se of Þorneie. And he dyde swa mycel to gode into ꝥ mynstre of Burh on golde. ⁊ on seolfre. ⁊ on scrud. ⁊ on lande. swa nefre nan oðre ne dyde to-foren him ne nan æfter him. Þa wearð gildene burh to wrecce burh. Þa cusen þa munecas to abbot Brand prouost. forðan ꝥ he wæs swiðe god man. ⁊ swiðe wis. ⁊ senden him þa to Ædgar æðeling. forðan þet þe land-folc wendon ꝥ he sceolde cyng wurðen. ⁊ se æðeling hit him geatte þa bliðolice. Þa se cyng Willelm gehyrde ꝥ secgen. þa wearð he swiðe wrað. ⁊ sæde ꝥ se abbot him heafde for-segon. Þa eoden gode men heom betwenen. ⁊ sahtloden heom. forðan ꝥ se abbot wæs goddera manne. Geaf þa þone cyng XL. marc goldes to sahtnysse. ⁊ þa lifede he litle hwile þær æfter buton þry gear. Syððon comen ealle drævednysse ⁊ ealle ifele to þone mynstre. God hit gemiltse". [a] And her on þison geare barn x̄pes cyrricean". [b] ⁊ her atiwede Cometa XIV. kl. Mai".:

[c] An. MLXVII. Her for se cyng ofer sæ. ⁊ hæfde mid him gislas. ⁊ sceattas. ⁊ com þæs oðres geares on sce. Nicolaes mæsse dæg. ⁊ he geaf ælces mannes land þa he ongean com. And þæs sumeres for Eadgar cild ut. ⁊ Mærle-

ſtatim poſtea mortuus eſt, in feſto Omnium Sanctorum noctu: Deus honoret ejus animam. Ejus tempore, fuit omnis lætitia, omniaque bona in Burh: erat is dilectus omnibus, adeo ut Rex daret ſancto Petro eique Abbatiam in Byrtune, & eam de Coventre (quam Comes Leofricus, qui fuit ejus avunculus, olim inſtituerat;) & eam de Crulande, & eam de Thorneic. Tantum boni præſtitit Monaſterio de Burh, [datis] auro, & argento, & veſtibus, & terris, quantum ante eum aut poſt eum non alius quiſquam. Poſtea Inaurata Civitas miſera facta eſt. Elegerunt enim Monachi in Abbatem Brandum Præpoſitum, propterea quod eſſet vir admodum bonus, valdeque ſapiens, & miſerunt eum ad Ædgarum Clitonem, (hujus enim terræ incolæ arbitrabantur eum Regem fore,) & Clito id ei humaniter conceſſit. Quum id Rex Willelmus fama accepiſſet, ira admodum fuit commotus, dicens Abbatem ſe deſpexiſſe. Viri autem boni intercedentes, inter eos amicitias firmarunt, propterea quod Abbas eſſet vir in primis bonus. Dedit idcirco Regi XL. marcas auri amicitiæ conciliandæ cauſſa, & parvum temporis ſpatium, tres nempe annos, poſtea vixit. Poſt hæc omnis dolor omniaque mala Monaſterium oppreſſerunt. Deus illius miſereatur. Hoc item anno, combuſta eſt Chriſti Eccleſia: & hoc anno, apparuit Cometa XIV. kal. Maii.

An. MLXVII. Hoc anno, profectus eſt Rex in tranſmarina, & ſecum duxit [1] obſides ac theſauros; rediit autem ſecundo anno in feſto ſancti Nicholai, reverſuſque unicuique ſuas terras reſtituit. [2] Eadem æſtate, egreſſus eſt Eadgarus Clito, & [3] Mærleſwegen"

a *Ad an.* MLXVII. *hæc refert Laud. ubi narratur Willelmum Conqueſtorem die Feſto ſancti Nicholai in Angliam rediiſſe; ac deinde ſequitur* --- ⁊ þæs dæges bor-bearn Cristes cyrice on Cant-wara-byrig. *i. e. Eodem die, combuſta eſt Eccleſia Chriſti*, [*quæ eſt*] *in Cantwarabyrig.* *b Deeſt Laud.* *c Ex Laud.*

1 *Duxit ſecum Dorobernenſem Archiepiſcopum Stigandum, Glaſtonienſem Abbatem Agelnothum, Clitonem Eadgarum, Comites Eadwinum & Morcarum, Waltheofum Siwardi Ducis filium, nobilem Satrapam Agelnothum Cantuarienſem, & multos alios de primaribus Angliæ.* Flor. 2 *Ad an.* MLXVIII. Flor. 3 *Marleſuein* & *Marleſuin*. Flor.

a Ex

gen" multique viri cum iis, & profecti ſunt Scotiam; Rex etiam Melcolmus eos omnes ſuſcepit, & duxit in uxorem Clitonis ſororem Margaretam.

An. MLXVIII. Hoc anno, Willelmus Rex donavit Rodberto Comiti Comitatum in Northymbrorum terra. Verum adverſus illum ejus terræ incolæ egreſſi, eum interfecerunt, & IX. millia hominum cum eo. Tum Eadgarus Clito venit cum omnibus Northymbris Eboracum, & cives cum eo fœdus pepigerunt; verum Rex Willelmus de partibus Auſtralibus [eo] accedens cum omnibus copiis, civitatem devaſtavit, & multos hominum centenos interfecit: Clito autem poſtea proficiſcebatur Scotiam.

An. MLXIX. Hoc anno, accuſatus eſt Epiſcopus Ægelricus, [[1] qui conſedit] in Burh, & miſſus eſt Weſtmonaſterium; & elagatus eſt ejus frater Ægelwinus Epiſcopus. Poſt hæc, inter duo ſanctæ Mariæ feſta, venerunt de plaga Orientali è Danemercia, cum [2] CCC. navibus, Swani Regis filii, ejuſque frater Osbernus Comes. Tum item egreſſus eſt Comes Waltheafus, & cum Eadgaro Clitone, multiſque una hominum centenis, obviam venit iſti claſſi in Humbro: perrexerunt deinde ad Eboracum, & in terram egreſſi munimenta expugnarunt, atque interfecerunt multos hominum centenos; ad naves etiam deportarunt theſauros multos, & ſummos eorum viros in vinculis habentes, commorati ſunt inter Uſam & Trentam totam hyemem. Tum Rex Willelmus ingreſſus [3] eam provinciam, totam devaſtavit. Eodem ipſo anno, deceſſit Brandus Abbas de Burh, v. kal. Decembris.

An. MLXX. Hoc anno, Landfrancus, qui fuit Abbas Cadomenſis, venit in Angliam,

spegen. ⁊ fela manna mid heom. ⁊ foran to Scotlande. ⁊ se cyng Melcolm hi ealle underfeng. and genam þes cildes swuster to ƿife Margaretan:·

[a] An. MLXVIII. Her on þissum geare. Ƿillm cyng geaf Rodberde eorle. þone eorldom on Norð-hymbra land. Ða comon þa landes menn togeanes him. ⁊ hine of-slogon. ⁊ IX. hund manna mid him. And Eadgar æþeling com þa mid eallum Norð-hymbrum to Eofer-ƿic. ⁊ þa portmen ƿið hine griðedon. ⁊ se cyng Ƿillm com suðan mid eallan his fyrde. ⁊ þa burh for-hergode. and fela hund manna of-sloh. ⁊ se æðeling for eft to Scotlande:·

[b] An. MLXIX. Her man ƿrægde þone biscop Ægelric on Burh. ⁊ sende hine to Ƿest-mynstre. ⁊ ut-lagode his broðer Ægelƿine b. Ða betƿyx þam tƿam sca. Marian mæssan. comon eastan of Dæn-marcum mid CCC. scipum. þ ƿæron Sƿægnes sunan cynges. ⁊ his broðer Osbearn eorl. And þa ferde se eorl Ƿalðeof ut. ⁊ com he ⁊ Eadgar æðeling. ⁊ fela hund manna mid heom. ⁊ gemetton þet lið innan Humbran. ⁊ ferdon to Eofer-ƿic. ⁊ up-eodan. ⁊ þa castelas geƿunnan. ⁊ of-slogon fela hund manna. ⁊ to scipe læddon sceattas fela. ⁊ þa heafod men hæfdon on bendon. ⁊ lagon betƿyx Usan ⁊ Trentan ealne þone ƿinter. And se cyng Ƿillm for into þære scire. ⁊ hi eall [c] forðde. And on þisum ilcan geare. forð-ferde Brand abb. of Burh. on v. kal. Decembr.

[d] An. MLXX. Her Landfranc. se þe ƿæs abb. on Kadum. com to Engla lande. se

a *Ex Laud.* b *Ex Laud.* c *l.* forð-dyde. d *Priorem hujus anni partem, nempe, ad verba* Her se eorl Ƿalðeof *&c. deſumpſimus ex* Wheel. *reliquam ex Cod.* Laud. *Quæ de Lanfranco narrantur Latine ſic exhibet Cod.* Ben. *quo uſus eſt* Wheelocus. *Hoc anno, Lanfrancus Cadomenſis Abbas, compellente Rege Wilielmo, & jubente Papa Alexandro, Angliam venit; & primatum regni Anglorum in Eccleſia Cantuarienſi ſuſcepit, eligentibus eum*

1 *Is fuerat Dunelmenſis Epiſcopus; quem tandem Epiſcopatum, ſuffecto fratre, depoſuit, & ſe ad* Burh *recepit.* 2 CCXL. Flor. 3 *Northymbriam.*

ſenio-

se æfter feawum dagum wearð Arceb. on Kant-ware-berig. He wæs gehadod iv. kal. Septembris. on his agenum biscop-setle. fram eahte biscopum his underþioddum. þa oðre þe þær næron. þurh ærend-rakean. ⁊ þurh gewrite atẏwdon hwi hi þær beon ne mihton. On þam geare Ðomas. se wæs gecoren biscop to Efer-wic. com to Cant-ware-berig. þ man hine þær gehadede æfter þan ealdan gewunan. Ða þa Landfranc crafede fæstnunge his gehersumnesse mid að-swerunge. þa for-soc he. ⁊ sæde þ he hit nahte to donne. Ða gewraðede hine se Arceb. Landfranc. ⁊ bebead þam biscopan þe þar cumene wæran be þas Arceb. L. hæse þa serfise to donde. ⁊ eallan þan munecan. þ hi scoldan hi un-scrẏdan. ⁊ hi be his hæse swa didan. Swa Ðomas to þam timan agean ferde buton bletsunga. Ða sona æfter þisan belamp þ se Arceb. Landfranc ferde to Rome. ⁊ Ðomas forð mid. Ða þa hi þẏder comon. and umbe oðer þing gesprecon hæfdon umbe þ hi sprecan woldan. þa angan Ðomas his spæce hu he com to Cant-uuare-bẏri. ⁊ hu se Arceb. axode hẏrsumnesse mid að-swerunge at him. ⁊ he hit for-soc. Ða agann se Arceb. L. atẏwian mid ope-

& paucos poſt dies factus eſt Archiepiſcopus in Kantwareberig. Conſecratus fuit iv. kalend. Septembris, in propria ſua ſede Epiſcopali, ab octo Epiſcopis ſuffraganeis: reliqui autem qui aberant, per nuntios & per literas ſignificarunt quare intereſſe non poſſent. Eo anno, Thomas, qui electus eſt Epiſcopus Eboracenſis, venit ad Cantwareberig, ut ibi conſecraretur more antiquo. Cum vero Landfrancus poſtularet confirmationem obſequii illius cum jurejurando, recuſavit ille, dicebatque ſe id non debere facere. Quocirca ſuccenſuit ei Archiepiſcopus Landfrancus, & juſſit Epiſcopos, qui eo venerant Archiepiſcopi L. juſſu ad officium præſtandum, omneſque Abbates, eum deveſtire, quod & juxta ejus mandatum factum eſt. Ita Thomas ea vice reverſus eſt abſque benedictione. Statim poſt hæc, contigit Archiepiſcopum Landfrancum Romam profectum eſſe, etiamque Thomam. Quum eo perveniſſent, & de aliis quæ haberent negotiis ſermonem habuiſſent, cœpit Thomas enarrare, ſe veniſſe ad Cantuuarebyri, & Archiepiſcopum ab eo poſtulaſſe ſubjectionem cum jurejurando, ſeque recuſaſſe. Tunc incœpit Archiepiſcopus L. demonſtrare aperta ratione, ſe

---

ſenioribus ejuſdem Eccleſiæ, cum Epiſcopis, & Principibus, Clero & populo Angliæ in curia Regis. Cum autem Cantuariam veniſſet, obviam ei proceſſit honorabiliter conventus Eccleſiæ Chriſti, conjuncto ſibi toto conventu ſancti Auguſtini, cum electo ejuſdem Eccleſiæ Scotlando. Ad quem conſecrandum omnes Epiſcopi regni Anglorum, ſervato antiquo more, venerunt: & qui venire non poterant, literis & legatione ſeſe humiliter excuſaverunt. Non multis poſt diebus Thomas Eboracenſis conſecrandus Archiepiſcopus Cantuariam venit. Cumque Lanfrancus, cum ſuffraganeis Epiſcopis, quos ad hanc conſecrationem advocaverat, indutus, ante altare Chriſti conſideret; & totus conventus, ut in tali Sacramento fieri ſolet, albis honorifice indutus in choro ſtaret; adducitur Thomas examinandus. Cum vero inter alia profeſſionem ab eo Lanfrancus cum Sacramento requireret; reſpondit Thomas ſe hoc minime facturum, quod ſuos anteceſſores hoc Lanfranci anteceſſoribus feciſſe non cognoverat. Lanfrancus autem, quamvis ſufficienti ratione, hoc eum ex antiquo more facere debere monſtraret, non tamen ille adquievit: ſurrexit itaque Lanfrancus, & Thomas non ſacratus abſceſſit; Regem adiit, & de Lanfranco querimoniam facit: quem Lanfrancus mox ſubſecutus, ſe, & Eccleſiam ſuam rationem habere in iis quæ protulaverat, (l. *protulerat,*) *oſtendit: nec deſtitit, donec Thomas, licet multo labore, Cantuariam rediit: ibique quicquid Lanfrancus ab eo quærebat, humiliter exhibuit. Nec multo poſt Lanfrancus ab omnibus Anglici regni Epiſcopis profeſſionem quæſivit & accepit.*

ſe juſtè poſtulaſſe quicquid poſtulavit, & validis rationibus idem confirmavit coram Papa Alexandro, & coram toto Concilio ibi coacto: deinde domum reverſi ſunt. Poſt hæc venit Thomas ad Cantwarebyri, & quicquid Archiepiſcopus ab eo poſtulavit, humiliter præſtitit, ac deinde benedictionem ſuſcepit. Hoc anno, Comes Waltheofus fœdus percuſſit cum Rege. Et in hac Quadrageſima, Rex permiſit devaſtari omnia Monaſteria quæ in Anglia fuerunt. Poſtea eodem anno, venit Swanus Rex de Danmercia in Humbrum, & ejus regionis incolæ ei obviam venerunt, & fœdus inibant cum eo, opinati [illegible] illum eam terram devaſtaturum. Deinde venerunt in Elig Chriſtienus Danicus Epiſcopus, & Osbearnus Comes, Danicique ſervi domeſtici cum illis; atque Angli de omni paludum terra iis ſeſe adjunxerunt, putantes eos ſubjugaturos totam eam regionem. Tunc narratum eſt Monachis de Burh, propriæ gentis quoſdam devaſtaturos illud Monaſterium; Herewardum nempe atque ſuos, propterea quod audierant Regem dediſſe eam Abbatiam cuidam Abbati Franco, Turoldo nomine, eundemque eſſe virum valde rigidum, veniſſeque in Stanforde cum omnibus ſuis Francis. Hinc Eccleſiæ quidam Præfectus, Ywarus nomine, noctu ſubduxit quicquid poſſet, Chriſti nempe libros, caſulas, caracallas ac veſtes, omneque quod poſſet minutulum, atque ſtatim ante lucem accedens Abbatem Turoldum, dixit ſe pacem ejus petere, & certiorem fecit elagatos venturos ad Burh; ſe autem hæc omnia feciſſe Monachorum conſilio. Primo deinde mane venerunt omnes elagati cum multis navibus, & conati ſunt ingredi Monaſterium; verum Monachi iis obſtiterunt, quo minus intrarent. Tunc ignem ei admoverunt, & combuſſerunt omnes Monachorum domos, totumque oppidum, præter unam domum. Deinde per

num gesceade. ꝥ he mid rihte crafede þar þa he crafede. ⁊ mid strangan cwydan ꝥ ylce gefæstnode to-foran þam Papan Alexandre. ⁊ to-foran eallan þan Concilium þe þar gegadred was. ⁊ swa ham foran. Æfter þysan com Ðomas Cant-wara-byri ⁊ eal ꝥ se Arceb. æt him crafede eadmedlice gefylde. ⁊ syððan þa bletsungan under-feng. [a] Her se eorl Walðeof griðede wið þone cyng. And þær on Lengten se cyng let hergian ealle þa mynstra þe on Engla lande wæron. Ða on þam ilcan geare. com Swegn cyng of Den-marcan into Humbran. ⁊ ꝥ land-folc comen him ongean ⁊ griðedon wið hine. wændon ꝥ he sceolde þet land ofer-gan. Ða comen into Elig Xpistien þa Densce b. and Osbearn eorl. ⁊ þa Densca hus-carles mid heom. and þet Englisce folc of eall þa fen-landes comen to heom. wendon ꝥ hi sceoldon winnon eal ꝥ land. Ða herdon þa munecas of Burh sægen ꝥ heora agene men wolden hergon þone mynstre. ꝥ wæs Hereward ⁊ his genge. ꝥ wæs forðan þet hi herdon sægen þet se cyng heafde gyfen ꝥ abbot-rice an Frencisce abbot. Turolde wæs gehaten. ⁊ ꝥ he wæs swyðe styrne man. ⁊ wæs cumen þa into Stanforde mid ealle his Frencisce menn. Ða wæs[b] þære an cyrce-weard. Yware wæs gehaten. nam þa be nihte eall þet he mihte. þet wæron Xpes bec ⁊ mæssa-hakeles. ⁊ cantelcapas. ⁊ reafes. ⁊ swilce litles hwat swa hwat swa he mihte. ⁊ ferde sona ær dæg to þone abbot Turolde. ⁊ sægde him ꝥ he sohte his griðe. ⁊ cydde him hu þa ut-lages sceolden cumen to Burh. ꝥ he dyde eall be þære munece ræde. Ða sona on morgen comen ealle þa ut-laga mid fela scipe. ⁊ woldon into þam mynstre. ⁊ þa munecas wið-stoden ꝥ hi na mihton in-cumen. Ða lægdon hi fyr on. ⁊ for-bærndon ealle þa munece huses. and eall þa tun. buton ane huse. Ða comen hi þurh fyre

a *Quæ in hoc anno ſequuntur ex Cod.* Laud. *deſumpta ſunt.* b *l.* þær.

fyre in æt Bolhiðe-geate. ⁊ þa munecas comen heom to-geanes. beaden heom grið. Ac hi na rohten na þing. geodon into þe mynstre. clumben upp to þe halge rode. namen þa þe kynehelm of ure Drihtnes heafod eall of smeate golde. namen þa þet fot-spure. þe wæs underneðen his fote. ꝥ wæs eall of read golde. Clumben upp to þe stepel. brohton dune ꝥ hæcce þe þær wæs behid. hit wæs eall of gold ⁊ of seolfre. hi namen þære twa gildene scrines. ⁊ ix. seolfrene. ⁊ hi namen fiftene mycele roden. ge of golde. ge of seolfre. hi namen þære swa mycele gold ⁊ seolfre. ⁊ swa manega gersumas on sceat. ⁊ on scrud. ⁊ on bokes swa nan man ne mæi oðer tællen. sægdon ꝥ hi hit dyden for þes mynstres holdscipe. Syððon geden heom to scipe. ferden heom to Elig. betæhtan þær þa ealla þa gærsume. Ða Denescæ menn wænden ꝥ hi sceolden ofer-cumen þa Frencisca men. þa to-dreføden ealle þa munekes. beleaf þær nan butan an munec. he wæs gehaten Leofwine lange. he læi seoc in þa secræ-man in. Ða com Turold abbot. ⁊ æhte siðe twenti Frencisce men mid him. ⁊ ealle full-wepnode. Ða he þider com þa fand he forbærnd wiðinnan ⁊ wiðutan eall butan þa circe ane. þa wæron þa ut-lagas ealle on flote witan ꝥ he scolde þider cumen. Ðis wæs don þæs dæges iv. Non. Junii. Ða twegen kyngas Willelm ⁊ Swægn wurðon sæhtlod. þa ferdon þa Dænesca menn ut of Elig mid ealle þa forenspræcena gærsume. ⁊ lædon mid heom. Ða hi comen on middewarde þe sæ. þa com an mycel storm. ⁊ to-dræfde ealle þa scipe þær þa gersumes wæron inne. sume ferdon to Norwæge. sume to Yrlande. sume to Dæn-marce. ⁊ eall ꝥ þider com. ꝥ wæs þone hæcce. and sume scrine. ⁊ sume roden. and fela of þa oðre gærsume. and brohten hit to an cynges tun .... hatte. and dyden hit eall þa in þone cyrce. Ða syð-

ignem intrabant per januam [1] Bolhithe dictam, & Monachi iis occurrentes, pacem rogabant. Nihilo tamen minus, ingreſſi ſunt Monaſterium, aſcendebant ad ſanctam crucem, abſtulerunt coronam de Domini noſtri capite, totam ex puro auro [fabricatam;] ceperunt deinde ſcabellum, quod ſub pede erat ſitum, totum ex fulvo auro. Turrim item ſcandentes, devexerunt pallium quod ibi fuit reconditum, totum ex auro & argento [factum:] ibi etiam ceperunt duo inaurata ſcrinia & IX. argentea; ceperunt item quindecim magnas cruces, partim aureas partim argenteas; ceperunt [denique] tantum auri & argenti, tot etiam theſauros nummorum, & veſtium, & librorum, quot numerari non poſſunt; dicebantq; ſe id feciſſe pro fide ſua in Monaſterium. Poſtquam perventum eſſet ad naves, iverunt ad Elig, & ibi repoſuerunt omnes theſauros. Dani putantes ſe victuros Francos, abegerunt omnes Monachos, [adeo ut] ibi relinqueretur nemo præter unum Monachum, Leofwinum Longum nomine, qui ægrotus jacuit in Infirmario. Tunc eo venit Turoldus Abbas, & centum & ſexaginta homines cum illo, omnes bene armati. Quum eo perventum eſſet, reperit incendio conſumpta omnia, tum intra tum extra, præter Eccleſiam ſolam: interea autem erant elagati omnes in claſſe, præmoniti eum eo venturum. Hoc factum eſt IV. Non. Junii. Tunc duo Reges, Willelmus & Swanus, in gratiam rediere; unde diſceſſerunt Danici viri de Elig cum omnibus ſupradictis theſauris, & ſecum una deportarunt. Quum ad medium mare eſſet perventum, coorta eſt magna tempeſtas, quæ disjecit omnes eas naves in quibus erant theſauri, [adeo ut] aliquæ appellerentur in Norwægiam, aliquæ in Hiberniam, aliquæ etiam in Dænmarciam; quicquid autem eo devectum eſt, nempe, Ependytis, & quædam ſcrinia, & quædam cruces, multique de aliis theſauris, attulerunt ad quoddam Regis oppidum .... dictum, & repoſuerunt omne illud in Eccleſia. Poſtea

1 *Janua ab Auſtrali parte Monaſterii Petroburgenſis, vulgo hodie* Bulldyke-gate *dicta.*

Poſtea autem eorum incuria, eorumque ebrietate, quadam nocte combuſta eſt Eccleſia, & quicquid in ea erat. Hoc modo fuit Monaſterium de Burch combuſtum & devaſtatum: Omnipotens Deus illi ſit propitius pro magna ſua miſericordia. His factis, Abbas Turoldus venit ad Burh, & Monachi redierunt, atque præſtiterunt Chriſti Officia in Eccleſia, quæ integra ſeptimana deſtituta fuiſſet omni genere rituum. Quum Ægelrico Epiſcopo id narratum fuiſſet, excommunicavit omnes illos viros qui hoc malum perpetraſſent. Poſtea hoc anno fuit magna fames; & hac æſtate venit claſſis de plaga Boreali ex Humbro in Tameſin, & ibi conſedit bidui ſpatio; poſtea vero iter direxerunt ad Danemerciam. Baldewinus item Comes deceſſit, ejuſque filius Arnulfus capeſſit regnum, cujus tutela Willelmo Comiti delata eſt, etiamque Francorum Regi: verum adveniens Rodbrihtus Comes, interfecit cognatum ſuum Arnulfum, Comitemque; & Regem fugavit, ac de ejus militibus occidit multa millia.

ðon þurh heora gemelest. ⁊ þurh heora druncen-hed on an niht forbærnde þa cyrce. ⁊ eall þet þær innæ wæs. Þus wæs se mynstre of Burch forbærnd ⁊ forhærgod. ælmihtig God hit gemiltse þurh his mycele mild-heortnesse. And þus se abbot Turold com to Burh. ⁊ þa munecas comen þa ongean. ⁊ dydan xpes þeudom in þære cyrce. ꝥ ær hæfde standen fulle seofeniht for utan ælces cynnes riht. Þa herde Ægelric biscop þet gesecgon. þa amansumede he ealle þa men þa ꝥ yfel dæde hæfden don. Þa wæs mycel hunger þæs geares. ⁊ þa þæs sumeres com þet lið norðan of Humbran into Tæmese. ⁊ lagon þær twa niht. ⁊ heoldan syððon to Dæn-mercan. And Baldepine eorl forð-ferde. ⁊ his sunu Arnulf feng to rice. and Willelm eorl sceolde ben his geheald. ⁊ Franca cyng eac. ⁊ com þa Rodbriht eorl ⁊ ofsloh his mæg Arnulf ⁊ þone eorl. ⁊ þone cyng aflymda. ⁊ his menn ofsloh fela þusenda.

*Secundo anno ordinationis ſuæ [Lanfrancus] Romam ivit, quem Papa Alexander in tantum honoravit, ut ei contra morem aſſurgeret; & duo Pallia, ob ſignum præcipui amoris, tribueret. Quorum unum Romano more ab altare accepit; alterum vero ipſe Papa, unde miſſas celebrare conſueverat, ſua manu porrexit. In cujus præſentia Thomas de primatu Cantuarienſis Eccleſiæ, & de ſubjectione quorundam Epiſcoporum calumniam movit; quæ qualem finem poſtea in Anglia accepit, Lanfrancus breviter & abſolute ſcribit in Epiſtola, quam præfato Alexandro Papæ direxit. Hoc quoque anno generale conſilium Wentoniæ celebratum, in quo & Vuluricum, novi Monaſterii Abbatem depoſuit; multaque de Chriſtianæ religionis cultu ſervanda inſtituit. Poſt dies paucos, in Lundonia Oſbernum [a] Eſſeciſtrenſem Epiſcopum, & Cantuariæ Scotlandum Eccleſiæ ſancti Auguſtini Abbatem ſacravit.

Tertio anno, in Cloeciſtria ſacravit Petrum Licifeldenſem, ſive Ceſtrenſem Epiſcopum. Hoc quoque anno habitum eſt magnum placitum in loco qui dicitur Pinenden; in quo Lanfrancus diratiocinatur, ſe ſuamque Eccleſiam omnes terras, & conſuetudines ſuas ita liberas, terra marique habere; ſicut Rex habet ſuas, exceptis tribus; videlicet, ſi regalis via fuerit effoſa; ſi arbor inciſa juxta ſuper eam ceciderit; ſi homicidium factum, & ſanguis in ea fuſus fuerit: in iis qui deprehenſus eſt, & ab eo pignus acceptum fuerit: Regi enim dabit; alioquin liber à Regis exactoribus erit.

Quarto anno, Patricium Dubliniæ civitati, in Hibernia ſacratum Epiſcopum Lundoniæ, à quo & profeſſionem accepit; & literas ei deferendas regibus Hiberniæ, dignas valde memoriæ contradidit.

Quinto

* *Quæ Latinè ſequuntur uſque ad An.* MLXXI. *ex Cod. MS. Coll.* Ben. *deſumpta, Chronologiæ ſuæ calci attexuit Cl.* Wheelocus. *a Exonienſem.*

a l. Or-

Quinto anno, generale Concilium Lundoniæ celebratum: cujus geſtionem, rogatu multorum, literis commendavit.

Sexto anno, dedit Hernoſto Monacho in Capitulo Eccleſiæ Chriſti Eccleſiam Roſenſem regendam, quem & Lundoniæ ſacravit. Wentoniæ Concilium celebratum: & Hernoſtus hoc ipſo anno ab hac vita migravit.

Septimo anno, Gundulfo Eccleſiam Roſenſem tradidit; quem etiam Cantuariæ ſacravit. Hoc quoque anno miſit ei literas Thomas Archiepiſcopus Eboracenſis; in quibus rogavit ut ſibi mitterentur duo Epiſcopi ad conſecrandum Clericum quendam, qui ei literas de [a] Horgadis inſulis detulit; ut ipſarum inſularum Epiſcopus conſecretur. Cujus petitioni Lanfrancus annuens, mandavit Wulſtano Wigornienſi, & Petro Ceſtrenſi Epiſcopis, ut Eboracum irent, & cum Thoma tantam rem complere ſatagerent.

Octavo anno, Concilium Lundoniæ celebratum, in quo Ailnodum Glaſtingenſis cœnobii Abbatem depoſuit.

Anno undecimo, celebratum Concilium apud Claudiam civitatem, ubi & Thomas Archiepiſcopus Eboracenſis, jubente Rege, & Lanfranco conſentiente, ſacravit Wilielmum Dunelmenſem Epiſcopum, eo quod à Scotorum Epiſcopis qui ſibi ſubjecti ſunt, habere adjutorium non potuit. Hujus miniſterii cooperatores fuerunt, Lanfranco præcipiente, Wolſtanus, Osbernus, Giſo, Rotbertus, Epiſcopi. Eo quoque tempore, miſit in Hiberniam Donnaldo Epiſcopo literas, ſacræ doctrinæ pinguedine refertas.

Sexto decimo anno, ſacravit Donatum monachum ſuum Cantuariæ, ad regnum Dubliniæ, petente Rege, clero, & populo Hiberniæ, quibus etiam literas exhortatorias miſit. Hoc quoque anno, apud Cleuceſtriam Concilium celebratum, in quo Wulſtcetelum Crulandenſis cœnobii Abbatem depoſuit. Rotbertum Ceſtrenſem, & Willielmum Helmeanenſem ſimul uno die Epiſcopos Cantuariæ ſacravit. Mauritium Lundonienſi Eccleſiæ apud Wentoniam conſecravit; qui ſacratus, poſt paucos dies matri ſuæ Eccleſiæ Cantuarienſi, cum honeſtis muneribus, ſe præſentavit.

Octavo decimo anno, mortuo Rege Wilielmo trans mare, filium ejus Wilielmum ſicut Patrem conſtituit Lanfrancus, in Regem elegit, & in Eccleſia beati Petri, in occidentali parte Lundoniæ ſita, ſacravit, & coronavit. Eodem anno Godefridum Ciceſtrenſis Eccleſiæ Antiſtitem; & Widonem Eccleſiæ S. Auguſtini Abbatem; & Johannem Wellenſi Eccleſiæ Epiſcopum Cantuariæ in ſede Metropoli examinavit, atque ſacravit. In craſtino hujus conſecrationis Widonem Abbatem per ſemetipſum Lanfrancus, aſſociato ſibi Odone Baiocenſi Epiſcopo, fratrem Regis qui tunc Cantuariam venerat, ad S. Auguſtinum duxit: mandatis fratribus ejuſdem Eccleſiæ, quatenus eum ſuſciperent, ut proprium Abbatem, atque paſtorem: qui unanimiter animati, reſponderunt, ſe illi nec velle ſubeſſe, nec illum ſuſcipere. Venit itaque Lanfrancus adducens Abbatem; & cum Monachos pertinaciter videret reſiſtere, nec ei velle parere; præcepit ut omnes, qui ſibi nollent obedire, continuo exirent. Ergo pariter fere omnes, & Lanfrancus cum ſuis, Abbatem honorifice introductum, in ſede locavit: & Eccleſiam commendavit. Priorem autem ejuſdem Eccleſiæ nomine Elfrinum, & alios, quos voluit, cepit: & Cantuariam clauſtrali cuſtodia ſervandos protenus tranſmiſit: eos vero qui fortiores, & caput ſcandali excitaverant, in caſtellum duci, ibique in carcerem cuſtodiri præcepit. Cumque omnibus rite peractis domum rediret, nunciatum eſt ei Monachos, qui exierant, ſub caſtro, ſecus Eccleſiam S. Miltrudæ conſediſſe. Quibus mandatum, ut, ſi vellent, ante horam nonam, ad Eccleſiam impune redirent: ſed ſi illam præterirent, non jam libere, ſed ut fugitivi revenirent. Hoc audito, in ambiguo habebant redire, vel remanere. Hora autem refectionis, cum eſurirent,

---

a l. Orcadis.

rent, plures ex iis pœnitentes ſuæ pertinaciæ, ad Lanfrancum miſerunt, & ei omnem obedientiam promiſerunt. Quibus continuo pepercit, mandans ut redirent, & profeſſionem ſuam præfato Abbati ſe ſervaturos ſacramento confirmarent. Itaque redierunt, & ſe deinceps fore fideles, & obedientes Widoni Abbati ſuper corpus beati Auguſtini juraverunt. Qui vero remanſerant cepit Lanfrancus, & per Eccleſias Angliæ diviſit; conſtrinxit, donec eos obedientiam profiteri coëgit. Circa idem tempus Æluredum unum ex illis vagantem fugiendo cepit, & Cantuariæ in ſede metropoli, cum quibuſdam ſociis illius, qui Abbati malum moliti ſunt, ferro compeditos, multis diebus rigorem ordinis in clauſtro diſcere fecit: ſed poſtquam ſufficienter humiliati ſunt, ut æſtimatum eſt, & emendationem promiſerunt; miſertus eorum Lanfrancus de ſingulis locis, quo eos diſperſerat, præcepit reduci; & ſuo Abbati reconciliari.

Eodem anno, diſſentione reiterata, perniciem Abbati clam machinati ſunt; & dum unus ex eis, nomine Columbanus, deprehenſus fuiſſet, juſſit eum Lanfrancus ſibi adduci. Cumque coram eo aſtaret, interrogavit ſi Abbatem noluiſſet perimere. Qui confeſtim, Si, inquit, potuiſſem, pro certo eum interfeciſſem. Præcepit itaque Lanfrancus, ut ante portas beati Auguſtini, ſpectante populo, ligaretur nudus, flagellis afficeretur: deinde præciſo capitio, ab urbe pelleretur. Factum eſt ut imperavit, & ex hoc, inquietudinem cæterorum, donec vixit, ſua formidine quaſſavit.

Nono decimo anno, defunctus eſt Lanfrancus venerabilis Archiepiſcopus, & ſepultus eſt in ſede Metropoli Cantuariæ; qui in ſede Pontificali ſedit annis decem & octo, menſibus IX. duobus diebus. De cujus actibus, ædificiis, eleemoſynis, laboribus, ſcriptura (quæ in ejus anniverſario legitur) ex parte commemorat. Multa enim erant valde. Poſt ejus obitum, Monachi S. Auguſtini, præfato Abbati ſuo Widoni palam reſiſtentes, cives Cantuariæ contra eum concitaverunt; qui illum armata manu in ſua domo interimere tentaverunt. Cujus familia cum reſiſteret, pluribus utrinque vulneratis, & quibuſdam interfectis, vix Abbas inter manus illorum illæſus evaſit; & ad matrem Eccleſiam, quærendo auxilium, Cantuariam fugit. Hujus facti fama citati ſuffraganei ejuſdem Eccleſiæ, Walkelmus, Wentanus, & Gundulfus Rofenſis, Epiſcopi; Cantuariam, cum quibuſdam nobilibus, quos miſerat Rex, veniunt: ut tantæ offenſæ vindictam adhibeant. Auditis ergo rationibus ſeditionis, Monachi à culpa excuſari non poterant: quos coram populo ſubire diſciplinam, quia palam peccaverant, ii qui advenerant, decreverunt: ſed Prior, & Monachi Eccleſiæ Chriſti, pietate moti reſtiterunt; ne ſi palam punirentur infames deinceps fierent; ſicque eorum vita, ac ſervitus contemneretur. Igitur conceſſum eſt, ut in Eccleſia fieret, ubi non populus, ſed ſoli ad hoc electi admitterentur. Vocati ſunt ad hoc Monachi Eccleſiæ Chriſti, Wido videlicet, & Normannus, qui diſciplinam ad Epiſcoporum imperium intulerunt. Deinde diviſi ſunt per Eccleſias Angliæ, & loco illorum XXIV. Monachi Eccleſiæ Chriſti admiſſi, cum Priore, nomine Antonio, qui Sub-prioratus officio Cantuariæ fungebatur. Cives vero, qui Abbatis curiam, armata manu intraverant, capti; & qui ſe ab ejus impugnatione purgare non poterant, oculos amiſerunt.

Poſt obitum Lanfranci caruit Eccleſia Chriſti Paſtore quatuor annis, menſibus IX. & diebus IX. in quibus multa adverſa perpeſſa eſt. Anno vero Dominicæ incarnationis MXCIII. datus eſt Pontificatus Cantuarberiæ Anſelmo Beccenſi Abbati, II. Non. Martii, viro probo, bono, apprime erudito, & ſui temporis nominatiſſimo. Venit autem Cantuariam VII. kal. Octob. multis eum cauſis rationabilibus detinentibus, quod prius venire nolebat; & ſacratus eſt II. Non. Decemb. *

* *Hic deſinit Cod.* Ben. *quo uſus eſt* Wheelocus.

[a] An. MLXXI. Her Ædwine eorl and Morkere eorl ut-hlupon ⁊ misslic ferdon on wudu ⁊ on felda. Ða gewende Morkere eorl to Elig on scipe. ⁊ Eadwine eorl wearð of-slagen arhlice fram his agenum mannum. ⁊ com se biscop Egelwine. ⁊ Siward Bearn. ⁊ fela hund manna mid heom into Elig. And þa þe se cyng Willelm ꝥ geaxode. þa bead he ut scip-fyrde ⁊ land-fyrde. ⁊ þet land abutan sæt. ⁊ brycge geworhte. ⁊ inn-for. ⁊ seo scip-fyrde on þa sæ-healfe. And þa utlagan þa ealle on hand eodan. ⁊ wæs Egelwine biscop ⁊ Morkere eorl. ⁊ ealle þa mid heom wæron buton Hereward ane. ⁊ ealle þa þe mid him woldon. ⁊ he hi ahtlice ut-lædde. And se cyng genam scipa ⁊ wæpna ⁊ sceattas manega. ⁊ þa men he ateah swa swa he wolde. and þone biscop Egelwine he sende to Abban-dune. ⁊ he þær forð-ferde sona þæs wintres:·

An. MLXXII. Her Willelm cyng lædde scip-fyrde. ⁊ land-fyrde to Scot-lande. and ꝥ land on þa sæ-healfe mid scipum ymbe-læg. ⁊ his land-fyrde æt þam Ge-wæde in-lædde. ⁊ he þær naht ne funde þæs þe him þe bet wære. And se cyng Melcolm com ⁊ griðede wið þone cyng Willelm. ⁊ gislas sealde ⁊ his man wæs. ⁊ se cyng ham gewende mid ealre his fyrde. And se biscop Egelric forð-ferde. he wæs to biscop hadod to Eofer-wic. ac hit wæs mid un-riht him of-genumen. ⁊ man geaf him ꝥ biscop-rice on Dunholme. ⁊ he heafde hit þa hwile þe he wolde. ⁊ for-let hit syððan. and ferd to Burch to sce. Petres mynstre. ⁊ þær drohtnod xii. gear. Ða æfter þam þe Willelm cyng gewan Engla lande. þa nam he hine of Burch. ⁊ sende hine to West-mynstre. ⁊ he forð-ferde on Id. Octob. ⁊ he is bebyrged þær innan þam mynstre. innon sce. Nicholaus portice:·

An. MLXXI. Hoc anno, Ædwinus Comes & Morkerus Comes [è curia] fugerunt; & vagati ſunt per ſylvas & campos. Poſtea navigio recepit ſe Morkerus Comes ad Elig; & Eadwinus Comes fuit interfectus perfide à ſuis: venit etiam Epiſcopus Egelwinus, & Siwardus Bearn, & multi hominum centeni cum iis in Elig. Quum id Rex Willelmus intellexiſſet, eduxit navalem exercitum & terreſtrem exercitum, & eam terram obſedit, ponteque facto, ingreſſus eſt, copiis navalibus in parte maris conſtitutis. Hinc elagati omnes ſeſe dedederunt, nempe Egelwinus Epiſcopus & Morkerus Comes, cunctique qui cum iis erant, præter Herewardum ſolum, ſinguloſque ejus ſequaces, quos ipſe viriliter eduxit. Rex autem cepit naves, & arma, & theſauros multos; [1] viroſque diſpoſuit pro libitu; atque Epiſcopum Egelwinum miſit ad Abbandune, qui ibi deceſſit incunte hac hyeme.

An. MLXXII. Hoc anno, † Willelmus Rex duxit navalem exercitum & terreſtrem exercitum in Scotiam, eamque terram ex parte maris navibus obſedit, ſuas autem copias terreſtres ad Twedam induxit; verum ibi nihil reperit quod ſibi commodo eſſet. Rex etiam Melcolmus accedens, fœdus percuſſit cum Rege Willelmo, obſidibuſque datis ei ſervus factus eſt; unde Rex domum revertebatur cum toto ſuo exercitu. Epiſcopus etiam Egelricus deceſſit: fuerat is conſecratus Epiſcopus Eboracenſis, quo tamen [Epiſcopatu] cum injuſte privaretur, donatus eſt ei Epiſcopatus de Dunholme, iſtumque poſſedit quamdiu vellet; poſtea vero dimiſit, & profectus ad Burch, ad ſancti Petri monaſterium, ibi vitam traduxit xii. annos. Poſtquam autem Willelmus Rex ſubjugaſſet Angliam, tranſtulit eum de Burch, miſitque Weſtmonaſterium; & deceſſit Idibus Octobris, ſepultuſque eſt in ea Eccleſia, in ſancti Nicholai porticu.

An.

[a] *Quæ exinde ſequuntur omnia ex Cod. MS.* Laud. *deſumpta ſunt.*

1 *Comitem vero cæteroſque per Angliam diviſos partim cuſtodiæ mancipavit, partim manibus truncatis vel oculis erutis abire permiſit.* Flor. † *Poſt Aſſumptionem ſanctæ Mariæ.* Flor.

1 *Ad:*

An. MLXXIII. Hoc anno, Willelmus Rex duxit Anglorum & Francorum exercitum in tranſmarina, & ſubjugavit terram [quæ dicitur] Mans; quam quidem Angli magnopere deformarunt, vineas deſolarunt, & civitates incenderunt, gentem item iſtam multum fœdarunt, eamque totam ſub ditionem Willelmi ſubjunxerunt, atque poſtea domum reverſi ſunt in Angliam.

An. MLXXIII. On þisum geare Ƿillelm cyng lædde Englisce here ⁊ Frencisce ofer sæ. ⁊ gewan ꝥ land Mans. ⁊ hit Englisce men swiðe amyrdon. wingeardas hi fordydon. ⁊ burga forbærndon. ⁊ swiðe þet land amyrdon. ⁊ hit eall abegdon Ƿillelme to handa. ⁊ hi siððon ham gewendon to Engla lande.

[1] An. MLXXIV. Hoc anno, transfretavit Willelmus Rex in Normanniam; & Eadgarus Clito profectus eſt de Scotia in Normanniam, eumque Rex inlagavit cum omnibus ſuis; manſit autem ille in Aula Regis, & jura accepit quæcunque ei Rex conceſſit.

An. MLXXIV. On þisum geare for Ƿillelm cyng ofer sæ to Normandig. ⁊ Eadgar cild com of Scotland to Normandige. and se cyng hine geinlagode ⁊ ealle his men. ⁊ he wæs on þes cynges hyrede. ⁊ nam swilce gerihta swa se cyng him geuðe.

An. MLXXV. Hoc anno, [2] Willelmus Rex dedit Radulfo Comiti filiam Willelmi Osbearni filii [in uxorem":] iſte Radulfus fuit Brito ex parte matris, ejus autem pater fuit Anglus, Radulfus dictus, & natus eſt in Northfolce. Tum Rex dedit [Radulfi] hujus filio Comitatum in Northfolc & Suthfolc, deduxitque is ſponſam Norwicum, ubi eæ nuptiæ erant omnibus [qui aderant] fatales. Interfuerunt autem Rogerus Comes & Waltheofus Comes, & Epiſcopi, & Abbates; atque ibi decreverunt Regi adimere Angliæ regnum. Verum ſtatim delatum eſt ad Regem in Normanniam quod decretum fuiſſet; Rogerum item Comitem & Radulfum Comitem fuiſſe principes iſtius conjurationis: allexerunt ii Britonas in ſuas partes, & miſerunt in Orientem ad Denmearciam [qui peterent] exercitum navalem ipſis auxilio. Tum Rogerus profectus Occidentem verſus ad ſuum Comitatum, congregavit ſuos contra Regem, verum impeditus fuit *. Radulfus item Comes in ſuo Comitatu, conatus eſt [in aciem] prodire cum ſuis hominibus, verum caſtellani qui fuerunt in Anglia, atq; [3] incolæ adverſus eum venerunt,

An. MLXXV. On þisum geare Ƿillelm cyng geaf Raulfe eorle Ƿillelmes dohtor Osbearnes sunu. ⁊ se ylca Raulf wæs Brytisc on his moder-healfe. ⁊ his fæder wæs Englisc Raulf hatte. ⁊ wæs geboren on Norð-folce. Ða geaf se cyng his sunu þone eorl-dom on Norð-folc ⁊ Suð-folc. þa lædde he ꝥ wif to Norðwic. þær wes ꝥ bryd eala mannum to beala. Ðær wæs Roger eorl. ⁊ Ƿalðeof eorl. ⁊ biscopas. and abbotes. ⁊ ræddon þær swa ꝥ hi woldon þone cyng gesettan ut of Engle-landes cynedome. And hit wearð sona gecydd þam cynge to Normandige hu hit wæs gewæd. ꝥ wæs Roger eorl ⁊ Raulf eorl þe wæron yldast to þam unrede. ⁊ hi speonan þa Bryttas heom to. ⁊ sendon east to Den-mearcan æfter scip-here heom to fultume. And Roger ferde west to his eorl-dome. and gegaderode his folc to þæs cynges unþearfe. ac he wearð gelet. And Raulf eac on his eorl-dome wold forð-gan mid his folce. ac þa castel-men þe wæron on Engla lande and eac ꝥ land-folc him to-geanes comen. and gemacodon

1 *Ad An.* MLXXIII. Flor. 2 *Herefordenſis Comes Rogerus, filius Gulielmi, ejuſdem pagi Comitis, Eaſt-Anglorum Comiti Radulpho (contra præceptum Regis Gulielmi) ſororem ſuam conjugem tradidit.* Flor. * *A Wulſtano Wigornienſi Epiſcopo & Agelwio Abbate Eoveshamenſi, Urſone Vice-Comite Wigorniæ & Waltero de Laccio.* 3 *Quos congregarunt Odo Baiocenſis Epiſcopus Regis frater, & Gotfridus Conſtantienſis Epiſcopus.*

I MLXXV.

codon þ he naht ne dyde. ac for to ſcipe æt Norð-ƿic. And his ƿif ƿæs innan þam caſtele. ⁊ hine heold ſƿa lange þ man hire grið ſealde. ⁊ heo ut-ferde þa of Engla lande. ⁊ ealle hire men þe hire mid ƿoldon. And ſe cyng ſiððan com to Engla lande. ⁊ genam Roger eorl his mæg. ⁊ gefeſtnode hine. ⁊ Ƿalðeof eorl he genam eac. And ſona æfter þam comon eaſtan of Den-mearcan cc. ſcipa. ⁊ þær on ƿæron tƿegen heafod-menn. Cnut Sƿægnes ſunu. ⁊ Hacun eorl. ⁊ hi ne dorſtan nan gefeoht healdan ƿið Ƿillelm cynge. ac heoldon ofer ſæ to Flandran. And Eadgið ſeo hlæfdig forð-ferde on Ƿin-ceaſtre vii. nihton ær Criſtes mæſſan. ⁊ ſe cyng hi let bryngan to Ƿeſt-mynſtre mid mycelan ƿurð-ſcipe. ⁊ lægde hi ƿið Eadƿard kyng. hire hlaforde. And ſe ƿæs on Ƿeſt-mynſtre þone mide-ƿinter. ⁊ man for-dyde þær ealle þa Bryttas þe ƿæron æt þam brydealoð æt Norð-ƿic. ſume hy ƿurdon ablænde ⁊ ſume of land adriſene. ſƿa ƿurdon Ƿillelmes ſƿican geniðrade :-

atque effecerunt quo minus quicquam proficeret: navim igitur apud Northwic conſcendit. Interim uxor ſua fuit in caſtello, illudque tenuit quouſque ſibi pax eſſet conceſſa; poſtea autem de Anglia ceſſit cum ſuis omnibus qui ei bene cuperent. Deinde Rex venit in Angliam, & prehendit Rogerum Comitem ſuum propinquum, eumque vinculis commiſit; atq; Waltheofum etiam Comitem prehendit. Statim poſt hæc, venerunt ab Oriente è Denmearcia cc. naves; quarum erant Duces duo, Canutus Sweini filius, & Hacun Comes: verum non auſi prælio congredi cum Willelmo Rege, trans mare ſe receperunt in Flandriam. Eadgitha item Domina deceſſit in Winceaſter vii. noctibus ante Chriſti feſtum; eam autem Rex permiſit afferri ad Weſtmynſter cum magno honore, & poſita eſt juxta Edwardum Regem ſuum Dominum. Is fuit Weſtmonaſterii in feſto Natalium, & ibi puniti ſunt omnes Britones quotquot nuptiis interfuerunt apud Northwic; quorum aliqui erant excæcati, aliqui è terra pulſi: ita erant Willelmi proditores peſſundati.

An. MLXXVI. On þiſum geare forð-ferde Sƿægn cyng on Dæn-mercan. ⁊ Harold his ſunu feng to þe cyne-rice. And ſe cyng geaf Ƿeſt-mynſter Vithele abbode. ſe ƿæs ær abbod on Bærnege. ⁊ Ƿalðeof eorl ƿes beheafdod on Ƿin-ceaſtre. ⁊ his lic ƿearð gelead to Crulande. And ſe cyng for ofer ſæ. ⁊ lædde his fyrde to Bryt-lande. ⁊ beſet þone caſtel Dol. ⁊ þa Bryttas hine heoldon þ ſe cyng com of Franc-land. ⁊ Ƿillelm þanon for. ⁊ þær for-leas ægðer ge men ge hors. ⁊ feola his gerſuma :-

An. [1] MLXXVI. Hoc anno, deceſſit Sweinus Rex in Dænmercia, & Haroldus ejus filius capeſſit regnum. Rex [Willelmus] dedit Weſtmonaſterium [2] Vithelo Abbati, qui antea Abbas fuit in Bærnege; Waltheofus autem Comes decollatus eſt in Winceaſter, ejuſque corpus delatum ad Crulande. Tum Rex trans mare profectus eſt, & duxit exercitum ſuum in Brytlande, obſeditque caſtellum Dol [dictum;] verum [3] Britanni illud propugnarunt, quouſq; Rex veniſſet de Francland; tunc autem Willelmus inde diſceſſit, ac ibi amiſit tum homines tum equos, multoſque theſauros.

An. MLXXVII. Her on þiſum geare ƿurdon ſæhte Franca cyng. ⁊ Ƿillelm Engla landes cyng. ac hit heold litle hƿile. And þes geares for-barn Lunden-burh. anre niht ær Aſſumptio ſce. Marie. ſƿa ſƿiðe ſƿa heo næfre ær næs ſiððan heo geſtabeled ƿæs. And on þiſum geare

An. MLXXVII. Hoc anno, conſtituta eſt pax inter Francorum Regem & Willelmum Anglicæ nationis Regem; verum haud diu manſit. Eodem anno, tanto incendio conſumptum eſt Lundenburh, una nocte ante Aſſumptionem S. Mariæ, quanto antea nunquam ex quo conſtructum fuit. Hoc item anno,

1 MLXXV. Flor. 2 *al. Vitali.* 3 *Armoricani.*

1 *De-*

anno, deceſſit Ægelwigus Abbas in Eveſham xiv. kal. Martii; Heremannus etiam Epiſcopus deceſſit x. kal. Martii.

MLXXVIII.

An. MLXXIX. Hoc anno, venit Melcolmus Rex de Scotia in Anglorum terram, inter duo Mariæ feſta, cum magno exercitu, & devaſtavit Northymbrorum terram uſque ad Tinam, atque interfecit multos hominum centenos; domum item revexit multos theſauros, ac divitias, homineſque captivos. Eodem item anno, Rex Willelmus præliatus eſt contra filium ſuum Rotbeardum, extra Normanniam, juxta quoddam caſtellum Gerborneth dictum; ubi Rex Willelmus vulneratus eſt, ejuſque equus cui inſedit interfectus; filius item Willelmus fuit ibi vulneratus, multique homines occiſi.

An. MLXXX. [1] Hoc anno, fuit Epiſcopus Walcherus interfectus in Dunholm in quodam conventu, & centum homines cum eo, Franci & Flamingi; is vero fuit in Hlotheringa natus: hoc fecerunt Northymbri in Maii menſe.

An. MLXXXI. Hoc anno, Rex duxit exercitum in Wallos, & ibi liberavit plures centenos hominum.

An. MLXXXII. Hoc anno, prehendit Rex Odonem Epiſcopum: hoc etiam anno fuit dura fames.

An. MLXXXIII. Hoc anno, exorta eſt ſeditio in Glœſtingabyrig inter Abbatem Thurſtanum, ejuſque Monachos. In primis factum eſt Abbatis ſtultitia ut male in plurimis tractaret ſuos Monachos; Monachi autem in eum animo erant amico, & rogabant eum ut ipſos juſte gubernaret, ipſoſque diligeret, [polliciti] ſe ei fore fideles, & obſequentes. Verum hoc nihili faciens Abbas, malis eos affecit, ac minatus eſt pejora. Quodam die, Abbas ingreſſus eſt Capitulum & ſermonem habens cum Monachis conatus eſt eos [2] perperam docere; tum accerſivit laicos homines, qui in Capitulum irruerunt in Monachos armis accincti. Hinc Mona-

forð-ferde Ægelƿig abbod on Euesham on þam dæge xiv. kl. Mar. ⁊ Hereman biscop eac forð-ferde on þam dæge x. kl. Mar. :·

An. MLXXIX. On þisum geare com Melcolm cyng of Scot-lande into Englelande. betƿyx þam tƿam Mariam mæssan. mid mycclum fyrde. ⁊ geheregode Norðhymbra land oð hit com to Tine. ⁊ ofsloh fela hund manna. ⁊ ham lædde manige sceattas ⁊ gersuma ⁊ men on heftninge. And þi ilcan geare se cyng Ƿillelm gefeaht to-geanes his sunu Rotbearde. ƿið-utan Normandige. be anum castele Gerborneð hatte. ⁊ se cyng Ƿillelm ƿearð þær geƿundod. ⁊ his hors of-slagen þe he on-sæt. ⁊ eac his sunu Ƿillelm ƿearð þær geƿundod. ⁊ fela manna of-slagene :·

An. MLXXX. On þisum geare ƿæs se biscop Ƿalchere of-slagen on Dunholme æt anum gemote. ⁊ an hund manna mid him. Frencisce ⁊ Flemisce. ⁊ he sylfe ƿæs on Hloðeringa geboren. þis dydon Norðhymbran on Maies monðe :·

An. MLXXXI. On þisum geare se cyng lædde fyrde into Ƿealan. ⁊ þær gefreode fela hund manna :·

An. MLXXXII. Her nam se cyng Odon biscop. ⁊ her ƿæs mycel hungor :·

An. MLXXXIII. On þisum geare aras seo un-gehƿærnes on Glœstinga-byrig betƿyx þam abbode Ðurstane ⁊ his munecan. Ærest hit com of þæs abbotes un-ƿisdome ꝥ he mis-bead his munecan on fela þingan. ⁊ þa munecas hit mændon lufelic to him. and bædon hine ꝥ he sceolde healdan hi rihtlic. ⁊ lufian hi. ⁊ hi ƿoldon him beon holde. ⁊ gehyrsume. Ac se abbot nolde þæs naht. ac dyde heom yfele. ⁊ beheot him ƿyrs. Anes dæges se abbot eode into capitulan. ⁊ spræc uppon þa munecas. ⁊ ƿolde hi mis-tukian. ⁊ sende æfter læƿede mannum. ⁊ hi comon into capitulan uppon þa munecas full-geƿepnede. And þa

ƿæron

1 *De hujus nece vide plura apud* Florent. Wigorn. *in hoc Anno.* 2 *Voluit Monachos relicto Cantu Gregoriano, cujuſdam Gulielmi Feſcamnenſis cantum diſcerent & cantarent.* Flor.

* In

ƿæron þa munecas sƿiðe afærede of heom. nyston hƿet heom to donne ƿære. ac to scuton. sume urnon into cyrcan. ⁊ belucan þa duran into heom. ⁊ hi ferdon æfter heom into þam mynstre. ⁊ ƿoldon hiᵹ ut-draᵹan. þaða hiᵹ ne dorsten na ut-ᵹan. Ac reoƿlic þinᵹ þær ᵹelamp on dæᵹ. ꝥ þa Frencisce men bræcen þone chor. ⁊ torfedon to-ƿærd þam ƿeofode þær þa munecas ƿæron. ⁊ sume of þam cnihtan ferdon uppon þone up-flore. ⁊ scotedon á dunƿeard mid arepan to-ƿeard þam haliᵹ-dome. sƿa ꝥ on þære rode þe stod bufon þam ƿeofode sticodon on mæniᵹe arepan. And þa ƿreccan munecas laᵹon on buton þam ƿeofode. ⁊ sume cru-pon under ⁊ ᵹyrne cleopedon to Gode his miltse biddende. þa þa hi ne mihton nane miltse æt mannum beᵹytan. Hƿæt maᵹon ƿe secᵹean. buton ꝥ hi scotedon sƿiðe. ⁊ þa oðre þa dura bræcon þær adune. ⁊ eodon inn. ⁊ of-sloᵹon sume þa munecas to deaðe. ⁊ mæniᵹe ᵹeƿundedon þær inne. sƿa ꝥ þet blod com of þam ƿeofode uppon þam ᵹradan. ⁊ of þam ᵹradan on þa flore. þreo þær ƿæron ofslaᵹene to deaðe. ⁊ eahteteone ᵹeƿundade. And on þæs ilcan ᵹeares forþ-ferde Mahtild Ƿillelmes cynᵹes cƿen. on þone dæᵹ æfter ealra halᵹena mæsse dæᵹ. And on þes ylcan ᵹeares æfter mide-ƿintre se cynᵹ let beodan mycel ᵹild ⁊ hefelic ofer eall Enᵹla land. ꝥ ƿæs æt ælcere hyde tƿa ⁊ hund seofenti peaneᵹa:·

An. MLXXXIV. Her on þisum ᵹeare forð-ferde Ƿulfƿold abbot on Ceortesege. on þam dæᵹ xiii. kl. Mai:·

An. MLXXXV. On þisum ᵹeare men cƿydodon ⁊ to soðan sædan. ꝥ Cnut cynᵹ of Den-mearcan. Sƿæᵹnes sune cynᵹes. fundade hider-ƿard. ⁊ ƿolde ᵹeƿinnan þis land mid Rodbeardes eorles fultume of Flandran. forðan þe Cnut heafde Rodbeardes dohter. Đa Ƿillelm Enᵹla landes cynᵹ. þe þa ƿæs sittende on Normandiᵹe. forðiᵹ he ahte æᵹðer ᵹe Enᵹla

chos magno terrore affecerunt, nec cognoverunt quid ſibi eſſet faciendum; verum ut effugerent, aliqui accurrebant in templum, ac portas intus obſerabant: aſt laici eos inſecuti in Templum, conati ſunt inde extrahere; adeo ut non auſi eſſent egredi. Miſerabile autem quiddam evenit eo die: Franci enim vi ingreſſi ſunt chorum, & [jacula] torquebant verſus altare, ubi fuerunt Monachi; quidam etiam ex ſervis conſcendentes aream ſuperiorem, deorſum miſerunt ſagittas verſus ſanctas reliquias; adeo ut in cruce quæ ſita erat ſuper altare figerentur multæ ſagittæ. Interea miſeri Monachi jacebant circum altare, & aliqui ſub illud ſubrepſerunt, & obnixe invocarunt Deum, ejus miſericordiam implorantes, quoniam non poſſent ullam miſericordiam ab hominibus conſequi. Quid ultra dicam, niſi quod continenter jacula miſerint; reliquas item portas confregerint; & ingreſſi, aliquos Monachorum morte multarint, multoſque inibi vulnerarint, adeo ut ſanguis difflueret de altari in gradus, & de gradibus in aream: tres ibi morte erant affecti, & octodecim vulnerati. Eodem item anno, deceſſit Mahtildis *, Willelmi Regis uxor, poſtridie feſti Omnium Sanctorum. Hoc etiam ipſo anno, poſt Natales, Rex permiſit exigi magnum tributum ac grave per totam Anglorum terram, id eſt, pro unaquaque hida, duos & ſeptuaginta denarios.

An. MLXXXIV. Hoc anno, deceſſit Wulfwoldus Abbas in Ceorteſigę, xiii. kal. Maii.

An. MLXXXV. Hoc anno, rumor inceſſit, & ſerio dictum eſt, Canutum Regem Denmearciæ, Sweini Regis filium, terram hanc cogitaſſe, & voluiſſe eam ſubjugare, Rodbeardi Comitis Flandrenſis auxilio, propterea quod Canutus haberet [uxorem] Rodbeardi filiam. Quum Willelmus Anglorum Rex, qui tunc agebat in Normannia (poſſedit enim tum Anglorum

* *In Normannia, & Cadomi eſt ſepulta.* Flor.

terram tum Normanniam) hoc intellexiſſet, profectus eſt in Anglorum terram cum tanto exercitu equitum ac peditum, è Francorum regno atqne è Britannia [conſcriptorum,] quantus nunquam antea hanc terram petebat; adeo ut homines mirarentur, quo modo hæc terra poſſet totum illum exercitum alere. Verum Rex permiſit diſpertiri exercitum per totam hanc terram inter ſuos ſubditos, qui exercitum aluerunt, pro ſua quiſque terræ portione. Experti ſunt incolæ multos dolores hoc anno; & Rex permiſit devaſtari terras maritimas, ut, ſi inimici ejus [in terram] aſcenderent, iis non eſſet in promptu commeatus. Quum autem Rex pro certo haberet, ſuos inimicos impeditos fuiſſe, nec potuiſſe expeditionem facere, dimiſit aliquam partem exercitus in propriam nationem, aliquam retinuit in hac terra donec hyems finiretur. Ad natales fuit Rex in Gleawceaſter cum ſuis Proceribus, & tenuit ibi Curiam ſuam v. dies; poſtea autem Archiepiſcopus & Clerici habuerunt Synodum trium dierum. Ibi fuit Mauricius electus in Epiſcopum ad Lundene, & Willelmus ad Northfolc, & Rodbeardus ad Ceaſterſcire; hi autem omnes erant Regis Capellani. Poſt hæc, tenuit Rex magnum Concilium, & graves ſermones habuit cum ſuis Proceribus de hac terra, quo modo incoleretur, & à quibus hominibus. Mittebat idcirco per totam Anglorum terram in ſingulos Comitatus ſuos ſervos, quibus permiſit ſcrutari quot hydarum centenæ eſſent in Comitatu, quidque Rex ipſe haberet terrarum & pecorum in eo Comitatu; & quantum cenſus annui deberet percipere ex eo Comitatu. Permiſit etiam deſcribi quantum terrarum ejus Archiepiſcopi haberent, & Diœceſani Epiſcopi, ac ejus Abbates, ejuſque Comites; &, ne longior in hoc ſim, quid aut quantum unuſquiſque haberet, qui terras poſſideret in Anglorum gente, ſive terrarum, ſive pecoris, quantumq; illud pecuniâ valeret. Tam diligenter luſtrari terram permiſit, ut ne unica eſſet hyda, aut virgata terræ, ne quidem (quod dictu turpe, verum is factu turpe non exiſtimavit) bos, aut vacca, aut por-

land ʒe Normandiʒe. þis ʒeaxode. he ferde into Enʒla lande mid sƿa myclan here ridendra manna ⁊ ʒanʒendra. of Franc-rice ⁊ of Bryt-lande. sƿa næfre ær þis land ne ʒesohte. sƿa ꝥ men ƿundredon hu þis land mihte eall þone here afedan. Ac se cynʒ let to-scyften þone here ʒeond eall þis land to his mannon. ⁊ hi fæddon þone here ælc be his land efne. And men hæfdon mycel ʒesƿinc þæs ʒeares. ⁊ se cynʒ lett aƿestan ꝥ land abutan þa sæ. þet ʒif his feond comen upp. ꝥ hi næfdon na on hƿam hi fenʒon sƿa rædlice. Ac þa se cynʒ ʒeaxode to soðan ꝥ his feond ʒelætte ƿæron. ⁊ ne mihten na ʒeforðian heora fare. þa lett he sum þone here faren to heora aʒene lande. and sum he heold on þisum lande ofer ƿinter. Ða to þam mide ƿintre ƿæs se cynʒ on Gleaƿe-ceastre mid his ƿitan. ⁊ heold þær his hired v. daʒas. ⁊ siððan þe Arce-biscop ⁊ ʒehadode men hæfden sinoð þreo daʒas. Ðær ƿæs Mauricius ʒecoren to biscop on Lundene. ⁊ Ƿillelm to Norð-folce. ⁊ Rodbeard to Ceaster-scire. hi ƿæron ealle þæs cynʒes clerecas. Æfter þisum hæfde se cynʒ mycel ʒeðeaht. and sƿiðe deope spæce ƿið his ƿitan ymbe þis land hu hit ƿære ʒesett. oððe mid hƿilcon mannon. Sende þa ofer eall Enʒla land into ælcere scire his men. ⁊ lett aʒan ut hu fela hundred hyda ƿæron innon þære scire. oððe hƿet se cynʒ him sylf hæfde landes. ⁊ orfes innan þam lande. oððe hƿilce ʒerihtæ he ahte to habbanne to xii. monðum of þære scire. Eac he lett ʒeƿritan hu mycel landes his Arcebiscopas hæfdon. ⁊ his leod-biscopas. ⁊ his abbotas. and his eorlas. and þeah ic hit lenʒre telle. hƿæt oððe hu mycel ælc mann hæfde þe land-sittende ƿæs innan Enʒla lande. on lande oððe on orfe. ⁊ hu mycel feos hit ƿære ƿurð. Sƿa sƿyðe nearƿelice he hit lett ut asƿyrian. ꝥ næs an ælpiʒ hide. ne an ʒyrde landes. ne furðon hit is sceame to tellanne. ac hit ne þuhte him nan sceame to donne. an oxe.

oxe, ne an cu. ne an swin næs belyfon ꝥ næs gesæt on his gewrite. ⁊ ealle þa gewrita wæron gebroht to him syððan :-

An. MLXXXV. Her se cyng bær his corona. ⁊ heold his hired on Win-ceastre to þam Eastran. ⁊ swa he ferde ꝥ he wæs to þam Pentecosten æt West-minstre. ⁊ dubbade his sunu Henric to ridere þær. Syððan he ferde abutan swa ꝥ he com to Lam-mæssan to Seare-byrig. ⁊ þær him comon to his witan. ⁊ ealle þa land-sittende men. þe ahtes wæron ofer eall Engle land wæron þæs mannes men þe hi wæron. ⁊ ealle hi bugon to him. ⁊ weron his menn. ⁊ him hold-aðas sworon ꝥ hi woldon ongean ealle oðre men him holde beon. Ðanon he ferde into Wiht. forðig he wold faran into Normandige. ⁊ swa dyde syððan. ⁊ þeah he dyde ærest æfter his gewunan. begeat swiðe micelne sceatt of his mannan þær he mihte ænige teale to habban oððe mid riht oððe elles. Ferde þa syððan into Normandige. ⁊ Eadgar Æðeling. Ædwardes mæg cynges. beah þa fram him. forðig he næfde na mycelne wurðscipe of him. ac se ælmihtiga God him gife wurðscipe on þam toweardan. And Cristina. þæs Æþelinges swuster. beah into mynstre to Rumesege. ⁊ underfeng halig reft. And þæs ilcan geares wæs swiðe hefelic geare. ⁊ swiðe swincfull ⁊ sorhfull gear innan Engle lande on orf-cwealme. ⁊ corn and wæstmas wæron æt-standene. ⁊ swa mycel un-gelimp on wæderunge. swa man naht æþelic geþencean ne mæg. swa stor þunring ⁊ lægt wes. swa ꝥ hit acwealde manige men. ⁊ áá hit wyrsode mid mannan swiðor ⁊ swiðor. Gebete hit God ælmihtiga þonne his willa sy :-

An. MLXXXVI. Æfter ure Drihtnes Hælendes Cristes gebyrtide. an þusend wintra. ⁊ seofan ⁊ hund eahtatig wintra. on þam an ⁊ twentigan geare þæs þe Willelm weolde ⁊ stihte Engle land swa him God uðe. geweard swiðe hefelic ⁊ swiðe wold-berendlic gear on þissum

cus prætermittebatur, quod non is retulerat in cenſum: omniaque poſtea ſcripta ad eum afferebantur.

An. MLXXXV. Hoc anno, Rex, induta corona, tenuit ſuam Curiam in Winceaſter ad Paſcha, atque ita itinera inſtituit ut eſſet ad Pentecoſten apud Weſtminſter, ubi armis militaribus honoravit filium ſuum Henricum. Poſtea ſic itinera diſpoſuit ut pervenerit in feſto Primitiarum ad Searebyrig, ubi ei obviam venerunt ejus Proceres; & omnes prædia tenentes, quotquot eſſent notæ melioris per totam Angliam, hujus viri ſervi fuerunt, omneſque ſe illi ſubdidere, ejuſque facti ſunt vaſſalli, ac ei fidelitatis juramenta præſtiterunt, ſe contra alios quoſcunque illi fidos futuros. Inde profectus eſt in Vectam, propterea quod ſtatuerat trajicere in Normanniam, quod & poſtea fecit; verum prius pro more ſuo fecit; extorſit nimirum multum pecuniæ ſuis ſubditis, ubicunque haberet aliquem prætextum, ſive jure ſive aliter. Profectus eſt poſtea in Normanniam: & Eadgarus Clito, Edwardi Regis propinquus, ibi ab eo defecit, propterea quod haud magno honore apud illum habebatur: verum Deus Omnipotens det ei honorem in poſterum. Criſtina item, Clitonis ſoror, intravit Monaſterium de Rumeſege, & ſuſcepit Sanctimonialis veſtem. Hic item annus gravis admodum extitit annus, valde item dolorum ac miſeriarum plenus annus in Anglorum terra, propter pecorum luem; ſegetes etiam & arborum fructus tardius matureſcebant; ad hæc, tanta incommoda ex cœli intemperie, quanta nullus facile animo concipere poteſt; ea autem vis erat tonitruum & fulgurum, ut ictu eorum multi homines conciderint: reſque in pejus uſque & uſque ruere. In melius vertat Deus Omnipotens quum ipſi viſum fuerit.

An. MLXXXVI. Poſt Domini noſtri Servatoris Chriſti nativitatem, milleſimus annus, & ſeptimus & octogeſimus annus, primus autem ac vigeſimus annus, quo Willelmus gubernavit diſpoſuitque Anglorum terram prout ei Deus conceſſit, fuit admodum gravis ac ſterilis annus in hac

terra. Morbus tam acer ſæviebat inter homines, ut prope ſecundus quiſque maximo malo laboraret, febre nimirum; idque ita graviter, ut multi homines eo malo perirent. Poſtea illata eſt per magnam cœli intemperiem, quæ orta eſt ſicut antea narratum, duriſſima fames toti Anglorum terræ, qua multi hominum centeni miſere fame periere. O quam miſeranda, quamque flebilis fuit ea tempeſtas! Quum homines miſelli, morte impendente, jacerent, ſuperveniens acris fames penitus eos confecit. Quis non doleat hujuſmodi tempeſtatem? aut quis corde eſt ita indurato, ut non defleat tanta infortunia? Hujuſmodi autem res eveniunt ob populi peccata, quod nolint amare Deum ac juſtitiam. Ea fuit hac ætate rerum conditio, ut parum juſtitiæ eſſet in hac terra in quocunque hominum genere, niſi ſolis Monachis, qui juſte vitam inſtituerunt. Rex & Optimates valde ac ſupra modum cupidi fuerunt auri & argenti, nec curabant quam injuſte res parta eſſet, ſi modo ipſi adipiſcerentur. Rex pretio quam potuit maximo ſuas terras elocavit; tunc accedens alius quiſpiam, obtulit plus quam alter antea dediſſet, Rexque terras ei conceſſit, qui plus obtulit. Deinde accedens tertius, iis plus obtulit, atque Rex terras iſtis tradidit, qui omnium plurimum offerebant; nec curabat quam inique Præfecti bona pauperibus auferrent, neque quot injuſta perpetrarent. Quo plus loquerentur de juſtis legibus, eo faciebant plura injuſta. Exegerunt injuſta tributa, multaque alia contra jus fecerunt, quæ ſunt difficilia numeratu. Eodem item anno, ante Autumnum, igni incenſum eſt ſanctum illud Monaſterium ſancti Pauli, [quod eſt] Londini ſedes Epiſcopalis, & multa alia Monaſteria; maxima item pars, eaque ſplendidiſſima, totius urbis. Sub id etiam tempus, conflagrarunt ferme omnes præcipui portus per totam Anglorum terram. Luctuoſus profecto ac flebilis fuit hic annus, qui tot infortunia peperit. Eodem etiam anno, ante Aſſumptionem ſanctæ Mariæ, profectus eſt Willelmus Rex de Normannia in Franciam cum exercitu, & invadens ſuum Domi-

lande. Sƿylc coðe com on mannum. ꝥ full neah ƿæfre þe oðer man ƿearð on þam ƿyrrestan yfele. þet is on þam drife. ⁊ þet sƿa strangliche ꝥ mænige men sƿulton on þam yfele. Syððan com þurh þa mycclan ungeƿiderung. þe comon sƿa ƿe beforan tealdon. sƿiðe mycel hungor ofer eall Engle land. ꝥ manig hundred manna earmlice deaðe sƿulton þurh þone hungor. Eala hu earmlice ⁊ hu reoƿlic tid ƿæs þa. Ða þa ƿreccæ men lægen for-drifene full neah to deaðe. ⁊ siððan com se scearpa hungor ⁊ adyde hi mid ealle. Hƿam ne mæg earmian sƿylcere tide? oððe hƿa is sƿa heard heort ꝥ ne mæg ƿepan sƿylces ungelimpes? Ac sƿylce þing geƿurðað for folces synna ꝥ hi nellað lufian God ⁊ rihtƿisnesse. Sƿa sƿa hit ƿæs þa on þam dagum. ꝥ litel rihtƿisnesse ƿæs on þisum lande mid ænige men. buton mid munecan ane þær þær hi ƿæll ferdon. Se cyng ⁊ þa heafod men lufedon sƿiðe ⁊ ofer-sƿiðe gitsung on golde ⁊ on seolfre. ⁊ ne rohtan hu synlice hit ƿære begytan. buton hit come to heom. Se cyng sealde his lande sƿa deore to male sƿa heo deorost mihte. þonne com sum oðer ⁊ beade mare þonne þe oðer ær sealde. ⁊ se cyng hit lett þam menn þe him mare bead. Ðonne com se þridde. ⁊ bead geat mare. ⁊ se cyng hit lett þam men to handa. þe him eallra meast bead. ⁊ ne rohte na hu sƿiðe synlice þa gerefan hit begeatan of earme mannon. ne hu manige unlaga hi dydon. Ac sƿa man sƿiðor spæc embe rihte lage. sƿa man dyde mare unlaga. Hi arerdon un-rihte tollas. ⁊ manige oðre un-rihte hi dydan. þe syndon earfeþe to areccenne. Eac on þam ilcan geare ætforan hærfeste. for-barn ꝥ halige mynstre sce. Paule. þe biscop-stol on Lundene. ⁊ mænige oðre mynstres. ⁊ ꝥ mæste dæl ⁊ ꝥ rotteste ealle þære burh. Sƿylc eac on þam ilcan timan. for-barn full neah ælc heafod-port on eallon Engle lande. Eala reoƿlic ⁊ ƿependlic tid ƿæs þæs geares. þe sƿa manig un-gelimp ƿæs forð-bringende. Eac on þam ilcan geare. to-foran Assumptio sce. Marie. for Ƿillelm cyng of Normandige into France mid fyrde. ⁊ hergode uppan

uppan his agenne hlaford Philippe þam cynge. ⁊ sloh of his mannon mycelne dæl. ⁊ forbearnde þa burh Maþante. ⁊ ealle þa halige mynstres þe wæron innon þære burh. ⁊ twegen halige menn þe hyrsumedon Gode on ancer-setle wuniende. þær wæron forbearnde. Þissum þus gedone. se cyng Ƿillelm cearde on-gean to Normandige. Reowlic þing he dyde. ⁊ reowlicor him gelamp. Hu reowlicor? him geyfelade. ⁊ þ him stranglice eglade. Hƿæt mæg ic teollan? Se scearpa deað. þe ne for-let ne rice menn. ne heane. seo hine genam. He swealt on Normandige on þone nextan dæg æfter natiuitas sce. Marie. ⁊ man bebyrgede hine on Caþum æt sce. Stephanes mynstre. ærer he hit arærde. ⁊ siððan mæni-fealdlice gegodade. Eala hu leas. ⁊ hu un-wrest is þisses middan-eardes wela. Se þe wæs ærur rice cyng. ⁊ maniges landes hlaford. he næfde þa ealles landes buton seofon fot mæl. ⁊ se þe wæs hwilon gescrid mid golde. ⁊ mid gimmum. he læg þa ofer-wrogen mid moldan. He læfde æfter him þreo sunan. Rodbeard het se yldesta. se wæs eorl on Normandige æfter him. se oðer het Ƿillelm. þe bær æfter him on Engle-land þone kine-helm. se þridda het Heanric. þam se fæder becwæð gersuman un-atellendlice. Gif hwa gewilnigeð to gewitane hu gedon man he wæs. oððe hwilene wurðscipe he hæfde. oððe hu fela lande he wære hlaford. þonne wille we be him awritan swa swa we hine ageaton. þe him onlocodan. ⁊ oðre hwile on his hirede wunedon. Se cyng Ƿillelm þe we embe specað wæs swiðe wis man. ⁊ swiðe rice. ⁊ wurðfulre ⁊ strengere þone ænig his foregengra wære. He wæs milde þam godum mannum þe God lufedon. ⁊ ofer eall gemett stearc þam mannum þe wið-cwædon his willan. On þam ilcan stede þe God him geuðe þ he moste Engle-land gegan. he arerde mære mynster. ⁊ munecas þær gesætte. ⁊ hit wæll gegodade. On his dagan wæs þ mære mynster on Cant-wara-byrig getymbrad. ⁊ eac swiðe manig oðer ofer eall Engla land. Eac þis land wæs swiðe afylled mid munecan. ⁊ þa leofodan

num Philippum Regem, interfecit ejus ſervorum magnam partem, ac igni incendit urbem Mathante, omniaque ſancta Monaſteria, quæ erant in ea civitate; duo item religioſi viri, qui inſerviebant Deo in Anachoreſi agentes, ibi flammis erant conſumpti. His ita factis, Rex Willelmus reverſus eſt in Normanniam. Luctuoſum quiddam is fecit, & magis luctuoſum ipſi contigit. Quo modo magis luctuoſum? Morbo correptus eſt, qui eum acriter affligebat. Quid plura? Aſpera mors, quæ neque parcit divitibus, neque pauperibus, eum abſtulit. Animam efflavit in Normannia poſtridie Nativitatis ſanctæ Mariæ, & ſepultus eſt in Cathum apud ſancti Stephani monaſterium; quod ipſe antea conſtruxerat, & poſtea multis modis auxerat. O quam falſa, & quam caduca ſunt hujus mundi bona! Qui prius fuit potens Rex, & complurium terrarum dominus, non tunc habuit ullas terras, præter ſeptem pedum ſpatium; & qui fuit nuper veſtitus auro & gemmis, tunc jacuit obductus pulvere. Reliquit poſt ſe tres filios: [is qui] Rodbeardus dictus eſt, natu primus erat, qui fuit Comes in Normannia poſt illum: ſecundus dictus eſt Willelmus, qui geſſit poſt eum coronam in Anglia: tertius dictus eſt Heanricus, cui pater legavit theſauros innumerabiles. Si cui libet cognoſcere qualis vir fuit, ſive quantis honoribus afficiebatur, ſive quot terrarum fuit dominus; volumus nos eum deſcribere, quatenus ſcimus, qui eum vidimus, & nonnunquam in ejus curia fuimus. Rex Willelmus de quo loquimur, fuit vir admodum prudens, valdeque potens; honoratior etiam ac fortior quovis ex ſuis anteceſſoribus. Fuit mitis bonis viris qui Deum amarent, & ultra modum rigidus hominibus qui reſiſterent ſuæ voluntati. Eodem ipſo loco, quo Deus ei conceſſit ut Angliam ſubjugaret, erexit illuſtre Monaſterium, ac Monachos ibi poſuit, illudque multum [divitiis] auxit. Ejus diebus, fuit nobile illud Monaſterium in Cantwarbyrig exſtructum, aliaque quamplurima per totam Anglorum terram. Hæc item terra fuit admodum plena Monachorum, qui inſtituebant

ſtituebant ſuam vitam ſecundum ſancti Benedicti regulam; & is fuit ſtatus Religionis ejus diebus, ut cuique juxta propriam Regulam vivere liberum eſſet. Ad hæc, fuit admodum honoratus; ter [enim] geſſit ſuam coronam ſingulis annis, quoties eſſet in Anglia; ad Paſcha eam geſſit in Winceaſter, ad Pentecoſten in Weſtmynſter, & ad Natales in Gleaweceaſter. [1] Tunc autem præſto apud eum fuerunt omnes Optimates per totam Anglorum terram, Archiepiſcopi, & Diœceſani Epiſcopi, Abbates & Comites, Thani & Equites. Fuit etiam vir valde rigidus ac ſeverus, adeo ut nemo auderet quicquam contra ejus voluntatem facere. Tradidit Comites vinculis, qui ipſius animo obſiſterent. Epiſcopis eripuit ſuos Epiſcopatus, & Abbatibus ſuas Abbatias, Comiteſque in carcerem conjecit; ac tandem nec pepercit ſuo ipſius fratri, Odoni nomine. Fuit hic admodum potens Epiſcopus in Normannia, (in Baius erat ejus ſedes Epiſcopalis) & Regi omnium maxime fidelis. Habuit item Comitatum in Anglia, & quum Rex [erat] in Normannia, fuit ille primus in hac terra: hunc [Rex] conjecit in carcerem. Inter alia, prætermittenda non eſt egregia ea pax quam conſtituit in hac terra, adeo ut cuiquam, qui per ſe aliquid poſſet, liceret illæſo peragrare regnum ejus, ſinum auri plenum habenti; nec quiſquam auſus fuit interficere alium, etſi ab eo maximis malis fuiſſet affectus: ſi quis autem vir rem habuiſſet cum fœmina, ipſa invita, ſtatim privatus fuit genitalibus. Præfuit Anglorum terræ, eamque ſua aſtutia ita luſtravit, ut nec eſſet unica hida terræ in Anglorum gente, cujus neſciret poſſeſſorem, & quantum valeret, quamque poſtea in [2] Scripta ſua non retulit. Wallia fuit ſub ejus imperio, & in ea caſtella exſtruxit: Monæ item [Inſulæ] imperavit. Scotiam

heora lif æfter scs. Benedictus regule. ⁊ se Cristendom wæs swilc on his dæge. ꝥ ælc man hwæt his hade to belumpe. folgade se þe wolde. Eac he wæs swiðe wurðful. þriwa he bær his cynehelm ælc geare. swa oft swa he wæs on Engle-lande. on Eastron he hine bær on Ƿin-ceastre. on Pentecosten on Ƿestmynstre. on mide-wintre on Gleawe-ceastre. And þænne wæron mid him ealle þa rice menn ofer eall Engla land. Arcebiscopas. ⁊ leod-biscopas. abbodas ⁊ eorlas. þegnas ⁊ cnihtas. Swylce he wæs eac swyðe stearc man ⁊ ræðe. swa ꝥ man ne dorste nan þing ongean his willan don. He hæfde eorlas on his bendum. þe dydan ongean his willan. Biscopas he sætte of heora biscoprice. ⁊ abbodas of heora abbod-rice. ⁊ þægnas on cweartern. ⁊ æt nextan he ne sparode his agenne broðor Odo het. He wæs swiðe rice biscop on Normandige. on Baius wæs his biscop-stol. and wæs manna fyrmest to eacan þam cynge. And he hæfde eorl-dome on Engle-lande. ⁊ þonne se cyng on Normandige. þonne wæs he mægeste on þisum lande. ⁊ hine he sætte on cweartern. Betwyx oðrum þingum nys na to for-gytane ꝥ gode frið þe he macode on þisan lande. swa ꝥ an man þe him sylf aht wære. mihte faran ofer his rice mid his bosum full goldes un-gederad. ⁊ nan man ne dorste slean oðerne man. næfde he næfre swa mycel yfel gedon wið þone oðerne. ⁊ gif hwilc carl-man hæmde wið wimman hire unðances. sona he for-leas þa limu þe he mid pleagode. He rixade ofer Englæ land. ⁊ hit mid his geapscipe swa þurh-smeade. ꝥ næs an hid landes innan Englæ lande. ꝥ he nyste hwa heo hæfde. oððe hwæs heo wurð wæs. ⁊ siððan on his gewrit gesætt. Bryt-land him wæs on gewealde. ⁊ he þær inne castelas geworhte. and þet Mann-cynn mid ealle gewealde. Swylce eac

---

1 *Tribus nempe iſtis ſolennibus.* 2 *Librum nimirum cenſualem, qui alias Liber judiciarius, Angliæ noticia & Luſtratio, Rotulus Regis, Rotulus Wintoniæ & Liber Wintoniæ nuncupatur. Vulgo* Domesday book: *de quo etiam ſupra An.* MLXXXV. *Vide* Spelmanni *Gloſſar. in Voce* Domeſdei.

Scotland

Scotland he him underþædde. for his mycele strengþe. Normandige ꝥ land wæs his gecynde. ⁊ ofer þone eorl-dome þe Mans is gehaten he rixade. ⁊ gif he moste þa gyt twa gear libban. he hæfde Yrlande mid his werscipe gewunnon. ⁊ wiðutan ælcon wæpnon. Witodlice on his timan hæfdon men mycel geswinc. ⁊ swiðe manige teonan. Castelas he let wyrcean. ⁊ earme men swiðe swencean. Se cyng wæs swa swiðe stearc. ⁊ benam of his underþeoddan man manig marc goldes. ⁊ ma hundred punda seolfres. þet he nam be rihte ⁊ mid mycelan un-rihte of his leode for littelre neode. He wæs on gitsunge be-feallan. ⁊ grædinæsse he lufode mid ealle. He sætte mycel deor-frið. ⁊ he lægde laga þær wið. ꝥ swa hwa swa sloge heort oððe hinde. ꝥ hine man sceolde blendian. He for-bead þa heortas. swylce eac þa baras. swa swiðe he lufode þa headeor. swylce he wære heora fæder. Eac he sætte be þam haran. ꝥ hi mosten freo faran. His rice men hit mændon. ⁊ þa earme men hit beceorodan. Ac he swa stið ꝥ he ne rohte heora eallra nið. ac hi moston mid ealle þes cynges wille folgian. gif hi woldon libban. oððe land habban. land oððe eahta. oððe wel his sehta. Wala wa ꝥ ænig man sceolde modigan swa. hine sylf upp-ahebban. ⁊ ofer ealle men tellan. Se æl-mihtiga God cyþæ his saule mild-heortnisse. ⁊ do him his synna forgifenesse. Ðas þing we habbað be him gewritene. ægðer ge gode ge yfele. ꝥ þa godan men niman æfter heora godnesse. ⁊ for-fleon mid ealle yfelnesse. ⁊ gan on þone weg þe us lett to heofonan rice. Fela þinga we magon writan þe on þam ilcan geare gewordene wæron. Swa hit wæs on Den-mearcan. ꝥ þa Dænescan. þe wæs ærur geteald eallra folca getreowast. wurdon awende to þære mæste un-trywðe. ⁊ to þam mæsten swicdome þe æfre mihte gewurðan. Hi gecuron ⁊ abugan to Cnute cynge. ⁊ him aðas sworon. ⁊ syððan hine earhlice of-slogon innan anre cyrcean. Eac wearð on Yspanie. ꝥ þa hæðenan men foran. ⁊ hergodan uppon þam Cristenan

etiam ſibi ſubjecit maximis ſuis viribus. Normanniæ terra ſua fuit jure hæreditario; & Comitatum, qui Mans nuncupatur, gubernavit: ſique ei conceſſum fuiſſet duos annos ultrà vivere, Hiberniam fortitudine ſua ſubjugaſſet, idque ſine armis. Ejus certe temporibus paſſi ſunt homines multum doloris, multaſque admodum injurias. Caſtella permiſit ædificari, & pauperes valde opprimi. Rex fuit acerbe rigidus, & extorſit à viris ſibi ſubditis multas marcas auri, & plures libras centenas argenti; quas exegit partim juſte, maxima vero ex parte injuſte, rebus parum urgentibus. Fuit uſuris deditus, & avaritia omnino ardebat. Confecit multos ferarum ſaltus, munivitque eos legibus, ut quicunque interficeret cervum aut cervam, excœcaretur. Ut cervos [interfici] vetuit, ita & apros; ita vero multum amavit feras majores, ac ſi fuiſſet eorum pater. Item ſtatuit de leporibus, ut periculo immunes eſſent. Hoc viri ſummi conqueſti ſunt, & pauperes ægre ferebant. Verum is ita rigidus [fuit,] ut nihili haberet omnium eorum odium; eos enim oportuit Regis voluntati omnino obſequi, ſi vellent vivere, aut terris frui, aut poſſeſſionibus, aut ejus amicitia. Heu quenquam mortalium ita faſtu turgeſcere, ſeipſum efferre, & omnes deſpicere! Omnipotens Deus exhibeat animæ illius miſericordiam, & det ei ſuorum peccatorum remiſſionem. Hæc [ejus] facta deſcripſimus, tum bona tum mala, ut boni viri proſequantur bonitatem, & penitus fugiant impietatem, & incedant ea via quæ nos ducit ad cœleſte regnum. Multa habemus ſcribenda, quæ eodem ipſo anno facta erant. Contigit in Denmearcia, Danos, qui olim habebantur omnium populorum fideliſſimi, converſos fuiſſe ad maximam perfidiam ac proditionem, quæ unquam potuit exerceri. Regnum detulerunt, & ſeſe ſubjecerunt Canuto Regi, eique juramentum dederunt; ac poſtea eum turpiter interfecerunt in quadam Eccleſia. Item factum eſt in Hiſpania, ut pagani egrederentur, ac prædarentur inter Chriſtianos,

multum-

multumque [terræ] redigerent in ſuam poteſtatem. Verum Chriſtianorum Rex, (Anphos fuit appellatus) miſit circumquaque in omnem terram, & petiit auxilia; eique in ſubſidium venerunt [viri] ex omni regione quæ Chriſtiana fuit, ac [in aciem] prodeuntes, partim interfecerunt partim fugarunt omnes iſtos paganos; unde recuperabant ſuas terras, Dei auxilio. Hac item noſtra terra, eodem anno, deceſſerunt complures viri potentes, Stigandus Epiſcopus de Ciceaſter, & Abbas de ſancto Auguſtino, & Abbas de Bathon, & de Perſcora, horumque omnium Dominus, Willelmus Angliæ Rex, de quo ſupra locuti fuimus. Poſt ejus mortem, filius Willelmus, ejuſdem cujus pater nominis, capeſſit regnum, & conſecratus eſt in Regem à Landfranco Archiepiſcopo in Weſtminſter, [1] triduo ante Michaelis feſtum; & omnes viri in Anglorum terra ei ſeſe ſubjecerunt, eique juramenta dederunt. His ita factis, Rex proficiſcebatur Wintoniam, & aperuit illud ærarium, ac theſauros quos pater collegerat, auri & argenti, & vaſorum, & veſtimentorum, & gemmarum; multarumque aliarum magni pretii rerum, quæ difficiles ſunt numeratu. Rex fecit prout ejus pater ei præcepit ante quam moreretur: diviſit [enim] theſauros ob patris ſui animam unicuique Eccleſiæ quæ fuit in Anglia; quibuſdam [principalibus] Eccleſiis x. marcas auri, aliis vi. [2] unicuique Eccleſiæ rurali" lx. denarios; & in ſingulos Comitatus mittebantur centum libræ nummorum qui dividerentur pauperibus, ob ejus animam. Antea etiam quam moreretur, juſſit liberari [3] omnes eos qui cuſtodiis aſſervabantur ſub ſuo imperio: Rexque fuit in feſto Natalium in Lundene.

An. MLXXXVII. Hoc anno, fuit hæc terra admodum turbata, & plena ſeditionis; adeo ut primarii Franci homines,

mannan. ⁊ mycel abegdan to heora anwealde. Ac ſe Criſtena cyng. Anphoſ wæſ gehaten. he ſende ofer eall into ælcan lande. ⁊ gyrnde fultumeſ. ⁊ him com to fultum of ælcen lande þe Criſten wæſ. ⁊ ferdon ⁊ of-ſlogon and aweg adrifan eall þet hæðena folc. ⁊ gewunnon heora land ongean. þurh Godeſ fultum. Eac on þiſan ilcan lande. on þam ilcan geare. forð-ferdon manega rice men. Stigand biſcop of Ciceaſtre. ⁊ ſe abbot of ſce. Auguſtine. ⁊ ſe abbot of Baðon. ⁊ þe of Perſcoran. ⁊ þa heora eallra hlaford. Willelm Englælandeſ cyng. þe we ær beforan embe ſpæcon. Æfter hiſ deaðe hiſ ſune Willelm hæt eallſwa þe fæder. feng to þam rice. ⁊ wearð gebletſod to cynge fram Landfrance Arce-biſcope on Weſt-mynſtre. þreom dagum ær Michaëleſ mæſſe-dæg. ⁊ ealle þa men on Engla lande him to abugon. ⁊ him aðaſ ſworon. Þiſum þuſ gedone. ſe cyng ferde to Win-ceaſtre. ⁊ ſceawode þ madme-huſ. ⁊ þa gerſuman þe hiſ fæder ær gegaderode. on golde ⁊ on ſeolfre. ⁊ on faton. ⁊ on pællan. ⁊ on gimman. ⁊ on manige oðre deorwurðe þingon. þe earfoðe ſyndon to ateallene. Se cyng dyde þa ſwa hiſ fæder him bebead ær he dead wære. dælde þa gerſuman for hiſ fæder ſaule to ælcen mynſtre þe weſ innan Engle lande. to ſuman mynſtre x. marc goldeſ. to ſuman vi. to ælcen cyrcean uppe-land lx. peneſ. ⁊ into ælcere ſcire man ſeonde hundred punda feoſ. to dælanne earme mannan for hiſ ſaule. And ær he forð-ferde. he bead þ man ſceolde un-leſan ealle þa menn þe on hæftnunge wæron under hiſ anwealde. ⁊ ſe cyng wæſ on þam mide-wintre on Lundene:·

An. MLXXXVII. On þiſum geare wæſ þiſ land ſwiðe aſwinced. ⁊ mid mycele ſwicdome afylled. ſwa þ þa riceſte Frenciſce

1 *Sexto Cal. Octobris, die Dominico.* Flor. 2 *Eccleſiis in civitatibus vel villis ſuis.* Flor. 3 *Fratrem nempe ſuum, Odonem Baiocenſem Epiſcopum; Comites, Morcarum & Rogerum; Siwardum cognomento Barn; & Wulnothum Regis Haraldi germanum, alioſque.* Flor.

men

men þe wæron innan þisan lande. woldon swican heora hlaforde þam cynge. ⁊ woldon habban his broðer to cynge Rodbeard þe wæs eorl on Normandige. On þisum ræde wæs æræst Oda biscop. ⁊ Gosfrið biscop. ⁊ Willelm biscop on Dunholme. Swa wæll dyde se cyng be þam biscope. þ eall Engla land færde æfter his ræde. ⁊ swa swa he wolde. ⁊ he þohte to donne be him eall swa Iudas Scarioð dide be ure Drihtene. And Rogere eorl wæs eac æt þam un-ræde. ⁊ swiðe mycel folc mid heom. ealle Frencisce men. ⁊ þæs un-ræd wæs gerædd innan þam Lengtene. Sona swa hit com to þam Eastron. þa ferdon hi. ⁊ hergodon. ⁊ bærndon. ⁊ aweston þæs cynges feorme-hames. ⁊ eallra þæra manna land hi for-dydon þe wæron innan þæs cynges hold-scipe. ⁊ heora ælc ferde to his castele. ⁊ þone mannoden ⁊ metsoden swa hig betst mihton. Gosfrið biscop. ⁊ Rodbeard amundbræg ferdon to Bricg-stowe. ⁊ hergodon. ⁊ brohton to þam castele þa hergunge. And siððon foron ut of þam castele ⁊ hergodon Baðon. ⁊ eall þ land þær abutan. ⁊ eall Beorclea hyrnesse hi awæston. And þa men þe yldest wæron of Here-forde ⁊ eall þeo scir forðmid. ⁊ þa men of Scrob-scire mid mycele folce of Bryt-lande. comon ⁊ hergodon and bærndon on [a] Wiðre-ceastre-scire forð þ hi comon to þam porte sylfan. And woldon þa þæne port bærnen. ⁊ þ mynster reafian. ⁊ þæs cynges castel gewinnan heom to handa. Ðas þing geseonde se arwurða biscop Wulfstan. wearð swiðe gedrefed on his mode. forðig him wæs betæhte þe castel to healdene. Ðeah hweðer his hired men ferdon ut mid feawe mannan of þam castele. ⁊ þurh Godes mild-heortnesse. ⁊ þurh þæs biscopes ge-earnunga. of-slogon ⁊ gelæhton fif hundred manna. ⁊ þa oðre ealle aflymdon. Se biscop of Dun-holme dyde to hearme þ he mihte ofer eall be norðan. Roger het an of heom se hleop into þam castele

qui erant in hac terra, vellent prodere ipſorum dominum Regem, & in regnum ſufficere fratrem ejus Rodbeardum, qui fuit Comes in Normannia. Hujus factionis principes fuerunt, Oda Epiſcopus, & Goſfrithus Epiſcopus, & Willelmus Epiſcopus in Dunholme. Tanti fecit Rex hunc Epiſcopum, ut totam Angliam ejus conſilio ac voluntate gubernandam tradiderit; ille autem in animum induxit ei facere, quemadmodum Judas Iſcariotes fecit noſtro Domino. Rogerus item Comes ſocius fuit iſtius factionis; & cum his multi è populo, Franci ii omnes: hæc autem conſpiratio facta fuit in Quadrageſima. Quam primum veniret Paſcha, egreſſi ſunt, ac ſpoliarunt, & combuſſerunt, & vaſtarunt Regis villas, & omnium eorum hominum terras deformarunt, qui erant Regi fideles: atque horum unuſquiſque accedens ad ſuum caſtellum, illud viris ac cibis inſtruxit quam optime poſſet. Gosfrithus Epiſcopus, & Rodbeardus pacis violator, iverunt ad Bricgſtowe, ac [illud] ſpoliabant, attuleruntq; ad caſtellum prædas. Poſtea egreſſi ſunt ex eo caſtello, & ſpoliarunt Bathoniam, ejuſque viciniam; & ditionem Bercleienſem devaſtarunt. Magnates item Herefordiæ, & totus iſte Comitatus, virique de Scrobſcire, cum multis ex Wallia venerunt, atque vaſtationes ac incendia exercebant in Wigreceaſterſcire uſque dum perveniſſent ad ipſum oppidum. Tunc conati ſunt illud oppidum incendere, & eam Eccleſiam expilare, Regiſque caſtellum redigere in ſuam poteſtatem. Has res videns venerabilis Epiſcopus Wulfſtanus, magnopere angebatur animo, propterea quod ei tenendum committeretur caſtellum. Nihilo minus ejus ſervi egreſſi ſunt cum paucis è caſtello, & per Dei miſericordiam, perque Epiſcopi merita, interfecerunt & ceperunt quingentos homines, atque reliquos homines fugarunt. Epiſcopus de Dunholm dedit quicquid poſſet damni partibus Borealibus. Rogerus dictus eſt unus ex iis, qui occupavit caſtellum de North-

[a] *Lege* Wigre-.

wic,

wic, & tractavit omnium peſſime totam iſtam terram. Hugo etiam non minus depopulatus eſt tum Lægreceaſterſciram tum Northamtunam. Epiſcopus Odo... .... profectus eſt in Cantium ad ſuum Comitatum, quem plurimum deformavit; Regis item terras & Archiepiſcopi penitus devaſtavit, & attulit totam [quam cepit] prædam in ſuum caſtellum in Hrofeceaſter. Quum Rex intellexiſſet omnia hæc, & qualem proditionem exercerent in ſuos, fuit animo vehementer ſolicito. Tunc accerſivit Anglos, & iis expoſuit ſuas anguſtias, rogavitque eos auxilium, pollicitus iis meliores leges quam unquam fuerunt in hac terra; omnia item injuſta tributa abrogavit, conceſſitque ſubditis ſuas ſylvas & venatus; verum hoc haud diu manſit. Angli nihilo minus auxilio adfuerunt Regi ipſorum Domino. Prodibant deinde verſus Hrofeceaſter, volentes Epiſcopum Odonem prehendere; arbitrabantur [enim,] ſi eum caperent qui princeps fuit conſpirationis, poſſe ſe facilius prehendere omnes reliquos. Quare venerunt ad caſtellum apud Tonebricge; tunc autem fuerunt in caſtello Odonis Epiſcopi milites, aliique multi, qui illud tenere conati ſunt contra Regem. Verum Angli advenientes, expugnarunt caſtellum, virique qui in eo erant pacem fecerunt cum Rege. Rex cum ſuo exercitu perrexit verſus Hrofceaſter, putans Epiſcopum in eo eſſe [oppido;] verum fuit Regi nunciatum Epiſcopum abiiſſe ad caſtellum [1] Apefeneſea; quocirca Rex cum ſuis copiis inſecutus eſt, & obſedit caſtellum cum magno admodum exercitu ſex integras hebdomadas. Interea Comes Normanniæ Rodbeardus, Regis frater, coëgit magnam hominum vim, & ſperabat ſe ſubjugaturum Anglorum terram, eorum virorum ope qui erant in hac terra hoſtili animo erga Re-

æt Norð-ƿic. ⁊ dyde git eallra ƿærst ofer eall ꝥ land. Hugo eac an þe hit ne gebette nan þing. ne innan Lægre-ceastre-scire. ne inna Norð-ham-tune. Ðe biscop Odo [a] þe ƿas cyng of apocan" ferde into Kent to his eorldome. ⁊ for-dyde hit sƿiðe. ⁊ þæs cynges land ⁊ þæs Arcebiscopes mid ealle aƿeston. ⁊ brohte eall ꝥ god into his castele on Hrofe-ceastre. Ða þe cyng under-geat ealle þas þing. ⁊ hƿilcne sƿicdom hi dydon toƿeard his. þa ƿearð he on his mode sƿiðe gedrefed. Sende þa æfter Englisce mannan. ⁊ heom fore-sæde his neode. ⁊ gyrnde heora fultumes. ⁊ behet heom þa betsta laga þe æfre ær ƿæs on þisan lande. ⁊ ælc un-riht geold he for-bead. ⁊ geatte mannan heora ƿudas ⁊ slætinge. ac hit ne stod nane hƿile. Ac Englisce men sƿa þeah fengon to þam cynge heora hlaforde on fultume. Ferdon þa to-ƿeard Hrofe-ceastre. ⁊ ƿoldon þone biscop Odan begytan. þohtan gif hi hæfdon hine þe ƿæs ærur heafod to þam un-ræde ꝥ hi mihton þe bet begytan ealla þa oðre. Hi comon þa to þam castele to Tonebricge. þa ƿæron innan þam castele Oda biscopes cnihtas. ⁊ oðre manige þe hine healdon ƿoldan ongean þone cyng. Ac þa Englisce men ferdon. ⁊ to-bræcon þone castel. ⁊ þa menn þe þær inne ƿæron griðodon ƿið þone cyng. Se cyng mid his here ferde to-ƿeard Hrofe-ceastre. ⁊ ƿendon ꝥ se biscop ƿære þær inne. ac hit ƿearð þam cynge cuð ꝥ se biscop ƿæs afaren to þam castele Apefenesea. ⁊ se cyng mid his here ferde æfter. ⁊ besætt þone castel abutan mid sƿiðe mycele here fulle six ƿucan. Betƿyx þissum se eorl of Normandige Rodbeard. þes cynges broðer. gaderode sƿiðe mycel folc. ⁊ þohte to geƿinnane Engle-lande mid þæra manna fultume þe ƿæron innan þisan lande ongean

a *Vitium aliquod, opinor, huic ſubeſt Lectioni. Certe quis ſit ejus ſenſus, me omnino latet.*

1 *Peneſeam.* Flor.

þone

þone cyng. ⁊ he sende of his mannan to þisum lande. ⁊ ƿolde cuman himsylf æfter. Ac þa Englisce men þe ƿærdedon þære sæ. gelæhton of þam mannon. ⁊ slogon. ⁊ adrengton ma þonne ænig man ƿiste to tellanne. Syððan heom ateorede mete ƿiðinnan þam castele. þa gyrndon hi griðas. ⁊ agefan hine þam cynge. ⁊ se biscop sƿor ꝥ he ƿolde ut of Engle-lande faran. ⁊ na mare cuman on þisan lande butan se cyng him æfter sende. ⁊ ꝥ he ƿolde agyfan þone castel on Hrofe-ceastre. Ealsƿa se biscop ferde ⁊ sceolde agifan þone castel. ⁊ se cyng sende his men mid him. þa arisan þa menn þe ƿæron innan þam castele. ⁊ namon þone biscop ⁊ þes cynges men. ⁊ dydon hi on hæftnunge. Innan þam castele ƿæron sƿiðe gode cnihtas. Eustatius þe iunga. ⁊ Rogeres eorles þreo sunan. ⁊ ealle þa betst boren men. þe ƿæron innan þisan lande. oððe on Normandige. Ða se cyng under-geat þas þing. þa ferde he æfter mid þam here þe he þær hæfde. ⁊ sende ofer eall Engla lande. ⁊ bæd ꝥ ælc man þe ƿære un-niðing sceolde cuman to him. Frencisce ⁊ Englisce. of porte ⁊ of uppe-lande. Him com þa mycel folc to. ⁊ he for to Hrofe-ceastre. ⁊ besætt þone castel. oððet hi griðedon þe þær inne ƿæron. ⁊ þone castel ageafon. Se biscop Odo mid þam mannum þe innan þam castele ƿæron ofer sæ ferdon. ⁊ se biscop sƿa for-let þone ƿurðscip þe he on þis land hæfde. Se cyng syððan sende here to Dun-holme. ⁊ let besittan þone castel. ⁊ se biscop griðode ⁊ ageaf þone castel. ⁊ for-let his biscoprice. ⁊ ferde to Normandige. Eac manige Frencisce men for-leton heora land. ⁊ ferdon ofer sæ. ⁊ se cyng geaf heora land þam mannum þe him holde ƿæron :·

An. MLXXXIX. On þisum geare se arƿurða muneca feder ⁊ frouer Landfranc Arce-biscop geƿat of þissum life. ac ƿe hopiað ꝥ he ferde to ꝥ heofanlice rice. Ƿilce eac geƿarð ofer eall Engle-

gem; miſitque partem ſuorum in hanc terram, ipſe poſtea venturus. Verum Angli qui tuebantur oras maritimas, inciderunt in eos homines, & occiderunt, aquiſque demerſerunt plures quam quiſquam poſſet numerare. Poſtquam cibi inopia premerentur qui in caſtello erant, petebant pacem, ac dediderunt illud Regi; & Epiſcopus juravit ſe Anglia ceſſurum, neque unquam reverſurum in hanc terram, niſi Rex eum accerſiret; ſeque redditurum caſtellum in Hroſceaſter. Cum Epiſcopus acceſſiſſet ad reddendum caſtellum, Rexque miſiſſet ſuos una cum illo, coibant ad arma viri qui fuerunt in caſtello, & [1] prehenderunt Epiſcopum ac Regis milites, eoſque commiſerunt cuſtodiis. In caſtello fuerunt admodum ſtrenui Equites, Euſtatius junior, & Rogeri Comitis tres filii, omneſque viri genere clariſſimi qui erant ſive in hac terra, ſive in Normannia. Quum Rex intellexiſſet eam rem, eo contendit cum exercitu quem apud ſe habuit, & mittens per totam Anglorum terram, juſſit unumquemque, qui non eſſet homo nequam, venire ad ſe, Francos Angloſque, de oppidis ac de villis. Tunc ad eum collectæ ſunt magnæ copiæ, ivitque ad Hroſeceaſter, & obſedit caſtellum uſque dum fœdus percuſſiſſent qui in eo fuerunt, caſtellumq; dediſſent. Epiſcopus Odo cum viris qui in caſtello erant, trans mare ibat; atque ita Epiſcopus reliquit dignitatem quam in hac terra habuit. Rex poſtea dimiſit exercitum ad Dunholme, ac permiſit obſideri illud caſtellum; & Epiſcopus pacem fecit, & caſtellum dedidit; abdicatoque ſuo Epiſcopatu, tranſiit in Normanniam. Multi item Francici viri, relictis poſſeſſionibus, ibant in tranſmarina, Rexque dedit eorum terras iis qui ſibi fideles fuerant.

An. MLXXXIX. Hoc anno, venerabilis Monachorum pater & fautor Landfrancus Archiepiſcopus ceſſit de hac vita *; verum ſperamus eum adiiſſe cœleſte regnum. Item factus eſt per totam Angliam

1 *Epiſcopi Odonis aſtutia.* Brompt. * *Nono kal. Junii.* Flor.

magnus terræ motus, tertio Id. Aug. * & tarde admodum matureſcebant grana ac omne genus fructuum; adeo ut multi ſegetes ſuas demeterent circa Martini feſtum, multi ſerius.

An. MXC. His ita factis, quæ ſupra jam diximus de Rege, & de ejus fratre, ejuſque militibus; Rex ſecum cogitabat quo modo poſſet miſerum ſuum fratrem Rodbeardum commodiſſime armis perſequi, & Normanniam ei eripere. Hinc ſua ſive aſtutia ſive pecunia adeptus eſt caſtellum apud S. Waleri, & portum; ſicut etiam expugnavit illud [quod eſt] apud Albemare, & inibi collocavit ſuos milites, qui damnum dederunt iſti terræ vaſtationibus ac incendiis. Poſt hæc cepit plura caſtella in ea terra, in quibus ſuos equites collocavit. Comes de Normannia Rodbeardus poſtquam intellexiſſet ſubditos ſibi juratos à ſe deficere, & dedere caſtella ſuo incommodo, miſit ad dominum ſuum Philippum, Francorum Regem; qui venit ad Normanniam cum magno exercitu, Rexque & Comes cum immenſis copiis obſederunt caſtellum, in quo Regis Angliæ milites fuerunt. Rex Angliæ Willelmus [nuntium] mittebat ad Phillippum Francorum Regem, atque hic, ſive ſua [in Willelmum] voluntate, ſive ingentibus pecuniis adductus diſceſſit à ſubdito ſuo Comite Rodbeardo, & ex ejus terra, reverſuſque in Franciam, hoc modo eos reliquit. Interea hæc terra fuit magnopere exhauſta injuſtis tributis aliiſque multis infortuniis.

An. MXCI. Hoc anno, Rex Willelmus tenuit ſuam curiam ad Chriſti natales in Weſtminſter; & poſtea ad feſtum Candelarum profectus eſt, fratris ſui incommodo, ex Anglorum terra in Normanniam. Dum ibi commorabatur, facta eſt inter eos pax, ea conditione, ut Comes in ejus poteſtate poneret Veſcam, & Comitatum apud Ou, & Kiæresburh; itemque ut Regis homines ſecuri à metu eſſent in iis ca-

land mycel eorð-styrunge. on þone dæg III. Idus Aug. ⁊ wæs swiðe lætsum gear on corne. ⁊ on ælces cynnes wæstmum. swa þ manig men ræpon heora corn on-buton Martines mæssan ⁊ git lator:·

An. MXC. Indictione XIII. Ðissum þus gedon eall swa we ær abufan sædan be þam cynge. ⁊ be his broðer. ⁊ be his mannon. se cyng wæs smægende hu he mihte wrecon his broðer Rodbeard swiðost swencean. ⁊ Normandige of him gewinnan. Ðeah þurh his gearscipe oððe þurh gærsuma he begeat þone castel æt sce. Waleri. ⁊ þa hæfenan. ⁊ swa he begeat þone æt Albemare. ⁊ þar inne he sette his cnihtas. ⁊ hi dydon hearmes uppon þam lande on hergunge. ⁊ on bærnete. Æfter þisum he begeat ma castelas innan þam lande. ⁊ þær inne his rideras gelogode. Se eorl of Normandige Rodbeard siððan he under-geat þ his gesworene men him trucedon. ⁊ ageafon heora castelas him to hearme. þa sende he to his hlaforde Phillippe. Francena cynge. ⁊ he com to Normandige mid mycelan here. ⁊ se cyng ⁊ se eorl mid or-mætre fyrd besæton þone castel abuton. þær þæs cynges men of Engle-land inne wæron. Se cyng Willelm of Engla lande sende to Phillippe Francena cynge ⁊ he for his lufan. oððe for his mycele gersuma for-let swa his man þone eorl Rodbeard ⁊ his land. ⁊ ferde ongean to France. ⁊ let heom swa weorðan. And betwyx þisum þingum þis lande wæs swiðe for-don on un-laga gelde ⁊ on oðre manige un-gelimpe:·

An. MXCI. On þisum geare se cyng Willelm heold his hired to Cristes mæssan on Westminstre. ⁊ þær æfter to Candelmæssan he ferde for his broðær unþearfe ut of Engla lande into Normandige. On mang þam þe he þær wæs heora sehte to-gædere eode. on þ gerad þ se eorl him to handan let Uescam. ⁊ þone eorldom æt Ou. ⁊ Kiæres burh. ⁊ þær to eacan þes cynges men sac-leas beon moston

* *Circa horam diei tertiam.* Flor.

on

on þam castelan. þe hi ær þes eorles unþances begiten hæfdon. And se cyng him ongean þa manege behet þe ær heora fæder gewann. ⁊ þa fram þam eorle gebogen wæs gebyge to donne. ⁊ eall ꝥ his fæder þær begeondan hæfde. butan þam þe he þa cynge þa geunnen hæfde. ⁊ ꝥ ealle þa þe on Engle-lande for þam eorle æror heora land for-luron. hit on þisum sehte habban sceoldan. ⁊ se eorl on Engle-lande eall swa mycel swa on heora forewarde wæs. ⁊ gif se eorl forð-ferde butan sunu be rihtre æwe. wære se cyng yrfe-numa of eallon Normandig. be þisre sylfan forewarde gif se cyng swulte. wære se eorl yrfe-numa ealles Engla landes. Ðas forewarde gesworan XII. þa betste of þes cynges healfe. ⁊ XII. of þes eorles. þeah hit syððan litle hwile stode. On mang þisum sæhte wearð Eadgar æþeling belandod of þam þe se eorl him æror þær to handa gelæten hæfde. ⁊ ut of Normandig for to þam cynge his [a] aðume to Scotlande. ⁊ to his swustor. On mang þam þe se cyng Willelm ut of Engle-lande wæs. ferde se cyng Melcolm of Scotlande hider into Englum. ⁊ his mycelne dæl ofer-hergode. oð ꝥ þa gode mæn þe þis lande bewiston him fyrde ongean sændon. ⁊ hine gecyrdon. Ðaþa se cyng Willelm into Normandige þis gehyrde. þa gearcode he his fare. ⁊ to Engle-lande com. ⁊ his broðer se eorl Rodbeard mid him. ⁊ sona fyrde het ut abeodan. ægðer scip-fyrde ⁊ land-fyrde. ac seo scip-fyrde. ær he to Scotlande cuman mihte. ælmæst earmlic forferde. feawan dagon toforan sce. Michæles mæssan. And se cyng ⁊ his broðer mid þære land-fyrde ferdon. ac þa þa se cyng Melcolm gehyrde ꝥ hine man mid fyrde secean wolde. he for mid his fyrde ut of Scotlande into Loðene on Engla land ⁊ þær abad. Ðaða se cyng Willelm

ſtellis, quæ olim, Comite invito, expugnaverant. Rex item ei viciſſim multa [caſtella] pollicitus eſt, quæ eorum pater fuerat adeptus; quæ autem à Comite defecerant, ad officium revocare; [promiſitque] quicquid ipſius pater ibi in tranſmarinis habuerat, præter quæ [Comes] tunc Regi conceſſit: item [inter eos convenit] ut omnibus qui in Anglia cauſa Comitis ſuas terras amiſerant, ex vi hujus fœderis reſtituerentur; ipſeque Comes in Anglia tantum [terrarum haberet,] quantum inter eos convenerat; atque ſi Comes moreretur abſque filio legitimo, ut eſſet Rex hæres totius Normanniæ: eodemque conventu, ſi Rex moreretur, ut eſſet Comes hæres totius Angliæ. Hanc conventionem juramentis firmaverunt XII. [viri] ſummi à parte Regis, & XII. [à parte] Comitis; quanquam haud diu pòſt manſerit. Dum hoc fœdus agitaretur, Eadgarus Clito privatus eſt terris quas Comes ei antea ibi in manus dederat; iſque è Normannia [diſcedens] ivit ad Regem, ſororis ſuæ virum, in Scotiam, & ad ſuam ſororem. [1] Dum Rex Willelmus Anglia aberat, venit Rex Scotiæ Melcolmus in Angliam, cujus magnam partem devaſtavit; donec viri fortes qui hanc terram tuebantur adverſus eum exercitum miſiſſent, illumque pepuliſſent. Cum hoc ad Regem Willelmum in Normanniam delatum fuiſſet, paravit expeditionem, & in Angliam venit, cumque eo frater ejus Comes Rodbeardus: ac ſtatim exercitum juſſit conſcribi, tum navalem tum terreſtrem; verum navales copiæ, ante quam Scotiam attingerent, omnes fere miſere peribant, paucis diebus ante ſancti Michaëlis feſtum. Rex item ejuſque frater exercitum terreſtrem duxerunt: verum quum Rex Melcolmus audiviſſet hos ipſum cum exercitu invaſuros, diſceſſit cum ſuis copiis ex Scotia in [2] Lothene in Anglia, & ibi manſit. Quamprimum Rex Willel-

---

a *Vox ea non hìc, ut fere, reddendum eſt per* generum, *ſi quidem Melcolmus Eadgari ſororem, (ut teſtatur noſtri Chronici An.* MLXVII.*) non vero filiam duxerit uxorem.*

1 *Menſe Maio.* Flor. 2 *In Provincia Loidis.* Flor. Sim. Dun. *Loudicenſi.* Brompt.

mus:

mus cum ſuo exercitu appropinquabat, interceſſerunt Rodbeardus Comes & Eadgarus Clito, & inter Reges fœdus ita percuſſerunt, ut Rex Melcolmus noſtrum Regem accedens, ei præſtiterit omnem eam obedientiam quam ejus patri præſtiterat, illudque juramento firmavit: & Rex Willelmus ei pollicitus eſt quicquid [1] terrarum aut quicquid rei ſub patre ſuo poſſederat. Per hoc pactum fuit etiam Edgarus Clito in Regis amicitiam receptus; & Reges ſolida cum pace diſceſſerunt; verum ea haud diu manſit. Comes Rodbeardus hîc ad Chriſti prope feſtum cum Rege agebat, quo tempore haud ita religioſe conditiones fœderis præſtitas deprehendit, & duobus diebus ante illud feſtum in Vecta navim conſcendit, ac in Normanniam tranſibat, atque una cum eo Eadgarus Clito.

An. MXCII. Hoc anno, Rex Willelmus cum magno exercitu ivit Boream verſus ad [2] Carleol, & urbem iſtam [3] reſtauravit, caſtellumque conſtruxit; Dolfinum item expulit, qui antea fuit terræ iſtius Præfectus, ac in caſtello homines ſuos collocavit, reverſuſque in partes Boreales, magnam multitudinem Anglorum cum uxoribus & pecore eo miſit, ut ibi degerent, eamque terram colerent.

An. MXCIII. Hoc anno, in Quadrageſima, fuit Rex Willelmus in Gleawceaſter tam gravi morbo correptus, ut ab omnibus mortuus haberetur. Dum erat ægrotus multa præclara promiſſa fecit, ſuam vitam recte inſtituere, & Dei Eccleſias tueri immuneſque præſtare, neque amplius pretio vendere; omnes item juſtas Leges in ſua natione ſtatuere, & Archiepiſcopatum in Cantwarbyrig, quæ prius in manu ſua fuit, Anſelmo commiſit, qui ante fuit Abbas in Bæc; & Rodbeardo ſuo Cancellario, Epiſcopatum in Lincolne: multis

mid his fyrde genealehte. þa ferdon betwux Rodbeard eorl ⁊ Eadgar æþeling. ⁊ þæra cynga sehte swa gemacedon. ꝥ se cyng Melcolm to uran cynge com. ⁊ his man wearð. to eall swylcre gehyrsumnysse swa he ær his fæder dyde. ⁊ ꝥ mid aðe gefestnode. ⁊ se cyng Willelm him behet on lande ⁊ on eallon þinge þæs þe he under his fæder ær hæfde. On þisum sehte wearð eac Edgar æþeling wið þone cyng gesæhtlad. ⁊ þa cyngas þa mid mycclum sehte to-hwurfon. ac ꝥ litle hwile stod. And se eorl Rodbeard her oð Cristes mæsse forneah mid þam cynge wunode. ⁊ litel soðes þær on mang of heora forewarde onfand. ⁊ twam dagon ær þære tide on Wiht scipode. ⁊ into Normandig for. ⁊ Eadgar æþeling mid him:·

An. MXCII. On þisum geare se cyng Willelm mid mycelre fyrde ferde norð to [a] Carðeol ⁊ þa burh geæðstaþelede. ⁊ þone castel arerde. ⁊ Dolfin ut-adraf þe æror þær þes landes weold. ⁊ þone castel mid his mannan gesette. ⁊ syððan hider suð gewænde. ⁊ mycele mænige [b] Cyrlisces folces mid wifan. ⁊ mid orfe þyder sænde. þær to wunigenne ꝥ land to tilianne:·

An. MXCIII. On þisum geare to þam Længtene warð se cyng Willelm on Gleawceastre to þam swiðe geseclod. ꝥ he wæs ofer eall dead gecyd. And on his broke he gode fela behæsa behet. his agen lif on riht to lædene. and Godes cyrcean griðian ⁊ friðian. ⁊ næfre ma eft wið feo gesyllan. ⁊ ealle rihte lage on his þeode to habbene. ⁊ ꝥ Arce-biscop-rice on Cant-wara-byrig þe ær on his agenre hand stod. Anselme betæhte. se wæs ær abbot on Bæc. ⁊ Rodbeard his cancelere ꝥ biscop-rice on Lincolne. ⁊ to

a leg. Carleol. *b l.* Englisces.

1 XII. *villas &* XII. *marcas auri ſingulis annis.* Flor. 2 *Ad Civitatem quæ Britannice* Kairleu, *Latine* Legubalia *vocatur.* Flor. 3 *A paganis enim ante* CC. *annos fuerat diruta.*

manegan

Tiwes-dæge þær æfter ætywdan feower circulas to þam mid-dæge onbutan þære sunnan hwites hiwes. ælc under oðran gebroiden swylce hi gemette wæron. Ealle þe hit gesawon wundredon. forðan hi næfre ær swilce ne gemundon. Her æfter wurdon sehte se eorl Rotbert of Normandig ⁊ Rotbert de Bælæsme. þe se cyng Heanrig æror belænd hæfde. ⁊ of Engla lande adrifen. ⁊ þurh heora sehte wurdon wiðer-ræde se cyng of Engla lande. ⁊ se eorl of Normandig. And se cyng his folc ofer sæ into Normandig sende. ⁊ þa heafod-men þer on lande hi underfengon. ⁊ on heora hlafordes þæs eorles swicdome into heora castelan gelogodan. þanon hi manige gedrecednyssa on hergunga ⁊ on bærninge þam eorle gedydon. Eac þises geares Willelm eorl of Moretonn heonon of lande into Normandig for. ac syððan he afaren wes. he wið þone cyng geworhte. for hwan hine se cyng ealles benæmde. ⁊ belænde þæs þe he her on lande hæfde. Nis eaðe to asecgenne þises landes earmða þe hit to þisan timan dreogende wæs þurh mistlice ⁊ mænig-fealdlice un-riht ⁊ gyld. þe næfre ne geswican ne ne ateorodon. ⁊ æfre ealswa se cyng for. ful hergung þurh his hired uppon his wreccea folc wæs. ⁊ þær on mang oft bærneta. ⁊ man-slihtas. Eall þis wæs God mid to gremienne. ⁊ þas arme leode mid to tregienne :-

An. MCV. On þisum geare to Natiuiteð heold se cyng Heanrig his hired æt Windlesoran. ⁊ þær æfter to þam Lengtene he for ofer sæ into Normandig uppon his broðer Rotbert eorl. And on mang þam þe he þær wunode he gewann of his broðer Caþum ⁊ Baius. ⁊ mæst ealle þa castelas ⁊ þa heafod-men þær on lande him wurdon under-þeodde. ⁊ se siððan to herfest eft ongean hider to lande com. And ꝥ he on Normandig gewunnen hæfde. syððan on sibbe ⁊ him gebygle wunode. butan þa þe þam eorle Willelme of Mortoin ahwær neah wunedon. þa he gelomlice geswæncte swa he swiðost mihte for his land-lyre her on lande. And þa toforan Cristes mæssan com

com Rotbert de Bælesme hider to lande to þam cynge. Ðis wæs swiðe gedyrfrum gear her on lande þurh wæstma forwordenessa. ⁊ þurh þa mænig-fealde gyld þe næfre ne geswican ær se cyng ofer-fore. ⁊ þa hwile þe he þær wæs. ⁊ eft syððan he ongean com:·

An. MCVI. Her on þison geare wæs se cyng Henrig to Natiuiteð on West-mynstre ⁊ þær his hired heold. ⁊ uppon þære tide Rotbert de Bælesme mid un-sehte fram þam cynge ut of þison lande into Normandige for. Ða her æfter on foran Længtene wæs se cyng æt Norð-hamtune. ⁊ se eorl Rotbert his broðer of Normandig þyder to him com. ⁊ forðam se cyng him nolde agifan ꝥ þe he on Normandige uppon him genumen hæfde. hi mid un-sehte to-hwurfon. ⁊ se eorl ferde ofer sǽ sona eft ongean. On þære for-man Længten wucan on þone frige-dæg xiv. kl. Mar. on æfen ætywde an un-gewunelic steorra. ⁊ lange stunde þær æfter wæs ælce æfen gesewen hwile scinende. Se steorra ætywde innon ꝥ suð-west. he wæs litel geþuht ⁊ deorc. ac se leoma þe him fram stod wæs swiðe beorht ⁊ swilce orm-æte beam geþuht norð-east scinende. ⁊ sumne æfen wæs gesewen swilce se beam ongean-weardes wið þes steorran wærd fyrclende wære. Gehwylce sædon ꝥ hig ma on þison timon un-cuðra steorra gesawon. ac we hit openlicor ne awriton forðam þe we hit sylfe ne sawon. On þa niht þe on morgen wæs cena Domini. ꝥ is se þunres-dæg toforan Eastran. wæron gesewen twegen monan on þære heofonan toforan þam dæge. oðer be eastan. ⁊ se oðer be westan. begen fulle. ⁊ þæs ylcan dæges wæs se mona xiv. To Eastran wæs se cyng æt Baðan. ⁊ to Pentecosten æt Sear-byrig. forðam þe he nolde on his fundunge ofer sǽ hired healdan. Ðær æfter toforan August ferde se cyng ofer sæ into Normandig. ⁊ ealle mæst þe þær on lande wæron him on his willan to gebugon. wiðuton

bertus de Bælæſme hanc in terram ad Regem. Hic annus fuit valde calamitoſus in hac terra propter fructuum interitum, & propter multa tributa, à quibus nunquam ceſſatum eſt, ſive antea quam Rex transfretaret, ſive quo tempore ibi ageret, ſive poſtquam reverſus fuiſſet.

An. MCVI. Hoc anno, fuit Rex Henrigus ad Natales in Weſtmynſter, & ibi ſuam Curiam tenuit: atque in eo feſto Rotbertus de Bælæſme hoſtiliter à Rege ex hac terra in Normanniam diſceſſit. Poſt hæc, ante Quadrageſimam, fuit Rex apud Northamtune, & Comes Rotbertus ejus frater è Normannia eo ad illum pervenit: verum quoniam Rex ei recuſabat reſtituere quod in Normannia ab illo eripuerat, animis inimicis diſceſſerunt; atque Comes reverſus eſt ſtatim in tranſmarina. In prima Quadrageſimæ hebdomada, die Veneris, xiv. kal. Martii veſperi, apparuit inſolita ſtella, & [1] per longum poſtea tempus fuit ſingulis diebus veſperi aliquandiu fulgens conſpecta. Stella apparuit in Notozephyro, quæ exigua eſt viſa & obſcura; verum radius qui ab ea profluxit admodum clarus eſſe atque ingens radius putabatur, verſus Euroaquilonem fulgens: quodam die, veſperi, conſpectus fuit radius tranſverſim ſeſe ſtellæ huic ingerere. Plerique dicebant ſe plures ſub id tempus inſolitas ſtellas conſpexiſſe; verum nos illud pro certo non ſcribemus, propterea quod ipſi non vidimus. Nocte præcedente Cœnam Domini, id eſt, die Jovis ante Paſcha, fuerunr conſpectæ duæ Lunæ in cœlis ante lucem, altera in Oriente, alrera in Occidente, utraque plena: hoc autem ipſo die fuit Luna xiv. Ad Paſcha fuit Rex apud Bathan, & ad Pentecoſten apud Searbyrig, propterea quod nollet abſens [ab Anglia] apud tranſmarinos Curiam tenere. Poſtea ante Auguſtum ivit Rex trans mare in Normanniam, & omnes prope qui in ea terra fuerunt ejus voluntati morem gerebant, præter Ro-

1 *Per* XXV. *dies.* Flor.

bertum de Bæleſme ac Comitem de Moretoin cum paucis aliis de viris primariis, qui à partibus Comitis Normanniæ uſque tunc ſteterunt; ideoque Rex cum exercitu profectus, obſedit quoddam caſtellum Comitis de Moretoin, Tenercebrai dictum. Dum Rex caſtellum obſideret, Comes Normanniæ Rotbertus, circa ſancti Michaelis feſtum, invaſit Regem cum exercitu, atque cum eo Rotbertus de Bæleſme, & Willelmus Comes de Moretoin, omneſque qui ab eorum partibus ſtabant; verum Rex viribus ſuperior victoriam adeptus eſt. Ibi fuit Comes de Normannia captus, & Comes de Moretoin, & Rotbertus de Stutteuile; qui ad Angliam poſtea miſſi cuſtodiis committebantur. Rotbertus de Bæleſme ibi fuit fugatus, & Willelmus Criſpin prehenſus, multique cum illo. Eadgarus Clito, qui non multo ante à Rege ad Comitem defecerat, ibi etiam captus eſt, quem [tamen] poſtea dimiſit Rex impunitum. Poſt hæc, ſubjugavit Rex quicquid in Normannia fuit, atque eam in ditionem ſuam redactam ad arbitrium diſpoſuit. Hoc item anno, contigit grave admodum ac nefarium prælium inter Imperatorem de Sexlande ejuſque filium; atque in pugna pater interfectus eſt, filiuſque capeſſit regnum.

An. MCVII. Hoc anno, ad Chriſti feſtum, fuit Rex Henricus in Normannia, quam terram in ſuam ditionem redegit, ac diſpoſuit; poſteaque in Quadrageſima hanc in terram venit, & ad Paſcha ſuam Curiam in Windleſora tenuit, ad Pentecoſten autem in Weſtmynſter. Poſt hæc, Auguſti [menſis] initio, fuit in Weſtmynſter, & ibi Epiſcopatus Abbatiaſque ſupplevit, quæ ſive in Anglia ſive in Normannia carebant Præſidibus & Paſtoribus. Ibi tot [donavit,] quot nullus unquam meminerit uno tempore quenquam donaviſſe. Eo ipſo tempore, inter alios qui Abbatias adepti ſunt, Ernulfus, qui antea fuit Prior in Cantwarabyrig, capeſſit Abbatiam in Burh. Hoc factum eſt VII. circiter anno, quo Rex Henricus imperium ſuſceperat, primo autem & quadrageſimo anno quo Fran-

Rotbert de Bælesme. and þam eorle of Moretoin. ⁊ feawa oðre of þam heafodmannan þe mid þam eorle of Normandige þe gyt heoldan. ⁊ forðan se cyng syððan mid fyrde for. ⁊ besæt þær eorles ænne castel of Moretoin. Tenercebrai hatte. On mang þam þe se cyng þone castel besæt. com se eorl Rotbert of Normandig on sce. Michaeles mæsse æfen uppon þone cyng mid his fyrde ⁊ mid him Rotbert de Bælesme. ⁊ Willelm eorl of Moretoin. ⁊ ealle þa þe mid heom woldan. ac seo strengðe ⁊ se sige wearð þæs cynges. Ða wearð se eorl of Normandig gefangen. ⁊ se eorl of Moretoin. ⁊ Rotbert de Stutteuile. ⁊ to Engla lande syððan gesende. ⁊ on hæftneðe gebrohte. Rotbert de Bælesme þær wearð aflymed. ⁊ Willelm Crispin gelæht. ⁊ manige forð-mid. Eadgar æþeling. þe litle ær fram þam cynge to þam eorl wæs gefaren. þær wæs eac gefangen. þone let se cyng syððan sac-leas faran. Syððan geeode se cyng eall ꝥ on Normandige wæs. ⁊ hit on his willan ⁊ gewealde gesette. Ðises geares eac wæron swiðe hefige and sinlice gewinne betwux þam Casere of Sexlande and his sunu. ⁊ on mang þam gewinnan se fæder forð-ferde. ⁊ se sunu feng to þam rice:·

An. MCVII. On þisum geare to Cristes mæssan wæs se cyng Henri on Normandig. ⁊ ꝥ land on his geweald dihte. ⁊ sette. ⁊ þær æfter to Længtene hider to lande com. ⁊ to Eastran his hired on Windlesoran heold. and to Pentecosten on West-mynstre. And syððan eft to Augustes anginne on West-mynstre wæs. ⁊ þær þa biscop-ricen ⁊ abbod-ricen geaf. ⁊ sette þe on Engle-lande oððe on Normandige buton ealdre ⁊ hyrde. Ðera wæron swa fela swa nan man næs þe gemunde ꝥ æfre ær swa fela togædere gyfene wæron. And æt þes ylcan syðe on mang þa oððre þe abbot-rices underfengon. Ernulf þe ær wæs prior on Cant-wara-byrig. feng to þam abbot-rice on Burh. Ðis wæs rihtlice ymb VII. gear þæs þe se cyng Henri cynedomes on-feng. ⁊ wæs ꝥ an ⁊ feower-

tigeðe

tigeðe gear þæs þe Francan þises landes weoldan. Manege sædon þet hi on þam monan þises geares mistlice tacna gesawon. ⁊ ongean cynde his leoman wexende ⁊ waniende. Þises geares forð-ferdon Mauricius biscop on Lunden. ⁊ Rotbeart abbot on scē. Eadmundes-byrig. ⁊ Ricard abbot on Elig. Þises geares eac forð-ferde se cyng Eadgar on Scotlande Idus Januar. ⁊ feng Alexander his broðer to þam rice swa se cyng Henri him geuðe:·

An. MCVIII. Her on þisum geare wæs se cyng Henri to Natiuiteð on West-mynstre. ⁊ to Eastron on Win-ceastre. ⁊ to Pentecosten eft on West-mynstre. ⁊ þær æfter toforan Aug. he ferde into Normandig. And se cyng of France Philippus forð-ferde Non. Aug. ⁊ feng his sunu Loðewis to þam rice. ⁊ wurdon syððon manege gewinn betwux þam cynge of France ⁊ þam of Engle-lande. þa hwile þe he on Normandig wunode. On þisum geare eac forð-ferd se Arce-biscop Girard of Eoferwic toforan Pentecosten. ⁊ wearð syððan Thomas þær to gesett:·

An. MCIX. Her on þison geare wæs se cyng Henri to Cristes mæssan ⁊ to Eastron on Normandig. ⁊ toforan Pentecosten hider to lande com. ⁊ his hired on West-mynstre heold. Ðær wurdon þa forewearda full worhte. ⁊ þa aðas gesworene his dohter þam Casere to gifene. Þises geares gewurdon swiðe fela þunra. ⁊ þa swiðe ægeslice. ⁊ se Arce-biscop Anselm of Cant-wara-byrig forð-ferde on þam dæge XI. kl. Apr. ⁊ wæs se forma Easter dæg on Letania maior:·

An. MCX. On þisum geare heold se cyng Henri his hired to Cristes mæssan æt West-mynstre. ⁊ to Eastron he wæs æt Mærle-beorge. ⁊ to Pentecosten forman siðe his hired on þam niwan Windles-oran heold. Þises geares send se cyng toforan Længtene his dohter mid mænig-fealdan madman ofer sæ. ⁊ hi þam Casere for-geaf. On þære fiftan nihte on

ci hanc terram gubernarant. Multi dicebant ſe in Luna hoc anno varia ſigna vidiſſe, & contra natura lucem ejus creviſſe & defeciſſe. Hoc anno, deceſſerunt Mauritius Epiſcopus in Lunden, & Rotbeartus abbas in S. Eadmundesbyrig, & Ricardus abbas in Elig. Hoc item anno, [1] deceſſit Eadgarus Rex in Scotia, Idibus Januarii, & capeſſit Alexander ejus frater regnum, quemadmodum Rex Henricus [illud] ei conceſſit.

An. MCVIII. Hoc anno, fuit Rex Henricus ad Natales in Weſtmynſter, & ad Paſcha in Winceaſter, & ad Pentecoſten rurſum in Weſtmynſter: poſtea autem ante Auguſtum tranſiit in Normanniam. Rex etiam Francorum Philippus mortuus eſt Nonis Auguſti, & regnum capeſſit ejus filius Lothewis; atque commiſſa ſunt poſtea multa prælia inter Regem Franciæ & Regem Angliæ, dum hic in Normannia agebat. Hoc item anno, deceſſit Girardus, Archiepiſcopus de Eoferwic, ante Pentecoſten, & fuit poſtea Thomas ibi conſtitutus.

An. MCIX. Hoc anno, fuit Rex Henricus ad Chriſti feſtum & ad Paſcha in Normannia, & ante Pentecoſten hanc in terram venit, ſuamque Curiam in Weſtmynſter tenuit. Ibi erant pactiones confectæ & juramenta præſtita de filia ſua [2] Imperatori [in uxorem] danda. Hoc anno, fuit magna vis tonitruum, valde quidem terribilium; & Archiepiſcopus de Cantwarabyrig Anſealmus deceſſit die XI. Calendarum Aprilis: atque primus dies Paſchatis fuit in Letania majori.

An. MCX. Hoc anno, tenuit Rex Henricus ſuam Curiam ad Chriſti feſtum apud Weſtmynſter, & ad Paſcha fuit apud Mærlebeorge, & ad Pentecoſten prima vice ſuam Curiam in nova Windleſora tenuit. Hoc anno miſit Rex ante Quadrageſimam ſuam filiam cum multis theſauris trans mare, eamque [2] Imperatori [in uxorem] dedit. Quinta nocte Maii men-

1 *Octavo Idus Januarii.* Flor. 2 *Henrico V.*

ſis,

ſis, apparuit Luna veſperi clare fulgens; poſtea autem paullatim ejus lux defecit, adeo ut prima ſtatim nocte in tantum evaneſceret, ut neque lux, neque globus, neque de illa quicquam conſpiceretur; quo in ſtatu manſit fere uſque ad lucem; poſtea autem plena & clare fulgens apparuit: fuit hoc ipſo die ætate quatuordecim noctium. Tota nocte fuit æther valde ſerenus, & ſtellæ in omnibus cœli partibus clare admodum fulgebant; arborum autem fructibus hac nocte gelu plurimum nocuit. Poſtea Junii menſe, conſpecta eſt ſtella in Euro-Aquilone, atque radiavit verſus Lybonotum, in quo ſtatu compluribus noctibus viſa erat, & multa nocte poſtquam altius aſcendiſſet, viſa eſt à tergo verſus Borea-zephyrum inclinare curſum. Hoc anno, terris privati erant Philippus de Brauſe, & Willelmus Mallet, & Willelmus Bainart. Hoc item anno, deceſſit Elias Comes, qui Cenomanniam à Rege Heanrico tenuit, ... & poſt ejus obitum, illam capeſſit Comes de Angeow, eamque contra Regem tenuit. Hic annus fuit valde miſeriarum plenus in hac terra per tributa quæ Rex erogavit in filiæ dotem, & per malas tempeſtates, quæ terræ frugibus multum nocuerunt; atque arborum fructus per totam hanc terram prope omnes interibant. Hoc anno, cœperunt ædificare novum Monaſterium in Ceorteſige.

Maies monðe. ætyƿde se mona on æfen beorhte scinende. ⁊ siððan litlan ⁊ litlan his leoht ƿanode. sƿa ꝥ he sona nihtes to þam sƿiðe mid ealle acƿanc. ꝥ naðer ne leoht. ne trændel. ne nan þing mid ealle of him ƿæs ȝeseȝen. ⁊ sƿa þurh-ƿunode fulneah oð dæȝ. ⁊ syððan full ⁊ beorhte scinende ætyƿde. he ƿæs þæs ylcan dæȝes feoƿertyne nihta eald. Ealle þa niht ƿæs seo lyft sƿiðe clene. ⁊ þa steorran ofer eall þa heofon sƿiðe beorhte scinende. ⁊ treoƿ-ƿæstmas ƿurdon þære nihte þurh forste sƿiðe for-numene. Ðær æfter on Junies monðe ætyƿde an steorra norðan-eastan. ⁊ his leoma stod toforan him on þet suð-ƿest. ⁊ þus maneȝa niht ƿæs ȝeseȝen. ⁊ furðor nihtes syððan he uferor astah. he ƿæs ȝeseȝen on bæc on ꝥ norð-ƿest ȝanȝende. Ðises ȝeares ƿurdon belænde Philippus de Braose. ⁊ Ƿillelm Mallet. ⁊ Ƿillelm Bainart. Eac þises ȝeares forð-ferde Elias eorl. þe þa Mannie of þam cynȝe Heanri ȝeheold. ⁊ on [a] cƿeoƿ". ⁊ æfter his forðsiðe feng to se eorl of Anȝeoƿ. ⁊ hi toȝeanes þam cynȝe heold. Ðis ƿæs sƿiðe ȝedeorffrum ȝear her on lande þurh ȝyld þe se cynȝ nam for his dohter ȝyfte. ⁊ þurh un-ȝeƿædera forþan eorð-ƿæstmas ƿurdon sƿiðe amyrde. ⁊ treoƿ-ƿæstmas ofer eall þis land forneah eall for-ƿurdon. Ðises ȝeares me beȝan æreost to ƿeorcenne on þam niƿan mynstre on Ceortes-æȝe :·

An. MCXI. Hoc anno, corona ſua non indutus eſt Rex Henricus ſive ad Chriſti Natales, ſive ad Paſcha, ſive ad Pentecoſten. Deinde in Auguſto transfretavit in Normanniam, propter inimicitias quas cum eo ſuſceperant nonnulli confines Franciæ, præſertim vero propter Comitem de Angeou, qui Cenomanniam adverſus eum tenuit; atque cum eo perveniſſet, multæ proditiones, & incendia, & vaſtationes ab utraque parte exercebantur. Hoc anno, deceſſit Rotbertus Comes Flandriæ, & [Comitatum] capeſſit filius ejus Baldewinus.

An. MCXI. On þison ȝeare ne bær se cynȝ Henri his coronan to Cristes mæssan. ne to Eastron. ne to Pentecosten. And innan August he ferde ofer sæ into Normandiȝ. for un-sehte þe ƿið him hæfdon sume be þam ȝemæran of France. ⁊ sƿiðost for þam eorle of Anȝeoƿ þe þa Mannie toȝeanes him heold. ⁊ siððan he þider ofer com. maneȝa un-ræda ⁊ bærnetta. ⁊ herȝunȝa hi heom betƿeonan ȝedydan. On þison ȝeare forð-ferde se eorl Rotbert of Flandran. ⁊ feng his sunu Baldeƿine þærto. Ðises

a *Lectio fortaſſe vitioſa: certè vocabuli ſignificatio me latet.*

ȝeares

geares wæs swiðe lang winter ⁊ hefig time ⁊ strang. ⁊ þurh ꝥ eorð-wæstmas wurdon swiðe amyrde. ⁊ gewearð se mæsta orf-cwealm þe ænig mann mihte gemunan :·

An. MCXII. Eall þis gear wunode se cyng Henri on Normandig for þære unsehte þe he hæfde wið France. ⁊ wið þone eorl of Angeow þe þa Mannie togeanes him heold. And on mang þam þe he þær wæs. he belænde þone eorl of Eureus. ⁊ Willelm Crispin. ⁊ ut of Normandi adraf. ⁊ Philippe de Braus his land ageaf. þe ær wæs belænd. ⁊ Rotbert de Bælesme he let niman. ⁊ on prisune don. Þis wæs swiðe god gear ⁊ swiðe wistfull on wudan ⁊ on feldan. ac hit wæs swiðe hefig time ⁊ sorhfull þurh or-mætne man-cwealm :·

An. MCXIII. Her on þison geare wæs se cyng Henri to Natiuiteð ⁊ to Eastron ⁊ to Pentecosten on Normandig. And þær æfter to sumeran he sænde hider to lande Rotbert de Bælesme into þam castele to Wærham. ⁊ him-sylf sona þær æfter hider to lande com :·

An. MCXIV. On þison geare heold se cyng Henri his hired to Natiuiteð on Windlesoran. ⁊ þæs geares syððan he ne heold hired nan oftar. And to middan sumeran he ferde mid fyrde into Wealon. ⁊ þa Wyliscean coman ⁊ wið þone cyng griðedon. ⁊ he let þær inne castelas weorcean. ⁊ þær æfter innan Septembre he for ofer sæ into Normandig. Þises geares on æfteward Mai wæs gesewen an selcuð steorra mid langan leoman manege niht scinende. Eac on þis ylcan geare wæs swa mycel ebba æghwær anes dæges. swa nan man ærur ne gemunde. ⁊ swa ꝥ man ferde ridende ⁊ gangende ofer Temese be eastan þære brigge on Lunden. Þises geares wæron swiðe mycele windas on Octobre monðe. ac he wæs or-mæte mycel on þa niht Octab. sancti Martini. ⁊ ꝥ gehwær on wudan ⁊ on tunan gecydde. Eac

Hujus anni tempeſtas hyemalis fuit longa, gravis, & dura; quæ quidem terræ frugibus plurimum nocuit: fuit item major pecudum lues quam ullus unquam meminerit.

An. MCXII. Totum hunc annum agebat Rex Henricus in Normannia propter inimicitias quæ ſibi erant cum Francia, & cum Comite de Angeou, qui Cenomanniam contra eum defendit. Dum ibi commorabatur, poſſeſſionibus privabat Comitem de Eureus, ac Willelmum Criſpin, & è Normannia expulit; Philippo autem de Braus qui antea fuerat terris privatus, eas reddidit: & Rotbertum de Bæleſme prehendi permiſit, & in carcerem conjici. Hic annus inſigniter abundabat frugibus agrorum & arborum; valde autem gravis & luctuoſus erat propter graviſſimam peſtilentiam.

An. MCXIII. Hoc anno, fuit Rex Henricus, ad Natales, & ad Paſcha, & ad Pentecoſten, in Normannia. Poſtea in æſtate, mittebat hanc in terram Rotbertum de Bæleſme, in caſtellum de Wærham; atque ipſe [1] non multò poſt hanc in terram venit.

An. MCXIV. Hoc anno, tenuit Rex Henricus ſuam Curiam ad Natales in Windleſora; neque rurſum hoc anno tenuit Curiam. Ad medium æſtatis profectus eſt cum exercitu in Walliam, Wallique venientes cum Rege fœdus fecerunt, atque is permiſit inibi caſtella ædificari; poſteaque in Septembri transfretavit in Normanniam. Hoc anno, ſub finem [menſis] Maii, conſpecta erat inſolita quædam ſtella cum longis radiis, multas noctes fulgens. Hoc item ipſo anno, tantus fuit ubique aquarum defectus quodam die, quantum nullus unquam meminerit, adeo ut equites & pedites tranſirent Tameſin ab Orientali parte pontis in Lunden. Hoc anno, fuerunt venti admodum vehementes in Octobris menſe, verum immoderati plane in Octavis ſancti Martini noctu, quod undique ſylvæ atque oppida indicabant. Hoc

1 *Menſe Julio.* Flor.

item anno, Rex [1] dedit Archiepiſcopatum in Cantwarabyrig Radulpho, qui fuit prius Epiſcopus in Hrofeceaſter: & Archiepiſcopo in Eoferwic Thomæ [2] mortuo [3] ſucceſſit Turſteinus, qui fuit prius Regis capellanus. Sub hoc tempus ivit Rex verſus mare, & transfretare ſtatuit; verum adverſa tempeſtate impeditus erat: miſit interim literas ad Abbatem de Burh Ernulfum, & juſſit eum celeriter ad ſe venire, propterea quod vellet narrare rem ei gratam. Cum eo perveniſſet, coëgit illum ſuſcipere Epiſcopatum de Hrofceaſter, & una cum Rege, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & tota nobilitas in Anglorum terra: is autem diu recuſavit, ſed fruſtra; Rex enim juſſit Archiepiſcopum illum deducere ad Cantwarabyrig, & invitum conſecrare in Epiſcopum. Hoc factum eſt in oppido quod appellatur Burne, XVII. kal. Octobris. Cum Monachi de Burch hoc audiviſſent, tam mœſti facti ſunt quam antea nunquam; propterea quod is erat vir admodum bonus & mitis, atque multum boni fecit tum domi tum foris, dum ibi vitam agebat. Deus Omnipotens ſemper habitet cum eo. Statim poſtea dedit Rex Abbatiam cuidam Monacho de Sæis, Johanni nomine, rogatu Archiepiſcopi de Cantwarbyrig. Non multo poſt miſerunt eum Romam Rex & Archiepiſcopus de Cantwarabyrig ad Archiepiſcopi Pallium petendum, Monachum item cum illo, Warnerum nomine, & Archidiaconum Johannem, Archiepiſcopi nepotem; quibus res ibi proſpere ceſſerunt. Hoc factum eſt die XI. Octobris, in oppido quod vocatur Rugenore; & eodem ipſo die Rex navim conſcendit in Porteſmutha.

on þisum geare se cyng geaf ꝥ Arce-biscop-rice on Cant-wara-byrig Raulfe. se wæs ærur biscop on Hrofe-ceastre. ⁊ se Arce-biscop on Eoferwic Thomas forðferde ⁊ feng Turstein þærto. se wæs ærur þæs cynges capelein. On þæs ylcan tyme ferde se cyng toweard þone sæ. ⁊ ofer wolde. ac weder him lætte. þa hwile þa sende he his writ æfter þone abbot Ernulf of Burh. ⁊ bebead him ꝥ he efeostlice scolde to him cuman. forði ꝥ he wolde sprecon mid him dærne sprece. Ða he to him com. þa neodde he him to þam biscop-rice of Hrofe-ceastre. ⁊ þa Arce-biscopes ⁊ biscopes ⁊ ꝥ duguð ꝥ wæs on Engla lande forð mid se cyng. ⁊ he lange wið-stod. ac hit ne for-heol naht. ⁊ se cyng þa bebead þone Arce-biscop ꝥ he sceolde him læden to Cant-wara-byrig. ⁊ bletson him to biscop wolde he nolde he. Ðis wæs don on þære tuna þa man cleopad Burne. ꝥ wæs þes dæges XVII. kal. Octob. Ða þe munecas of Burch hit herdon sægen. þa wæron hi swa sari swa hi næfre ær ne wæron. forði ꝥ he wæs swiðe god ⁊ softe man. ⁊ dyde mycel to gode wiðinnan ⁊ wiðutan þa hwile þe he þær wunode. God ælmihtig wunie æfre mid him. Ða sona þær æfter þa geaf se cyng þone abbot-rice an munec of Sæis Johan wæs gehaten. þurh þæs Arce-b. gearnunge of Cant-war-byrig. And sona þær æfter sende se cyng him ⁊ se Arce-biscop of Cant-war-byrig to Rome æfter þæs Ærceb. Pallium. ⁊ an munec mid him Warner wæs gehaten. ⁊ þone ærce-diæcne Johan þæs Ærcebiscopes neafe. ⁊ hi þær well spæddon. Ðis wæs don þes dæges XI. kal. Octob. on þone tuna þe man cleopað Rugenore. ⁊ þæs ylces dæges eode se cyng on scipa on Portes-muðe:·

An. MCXV. Hoc anno, fuit Rex Henricus ad Natales in Normannia; & dum ibi commoratus eſt, coëgit omnes ſummos viros in Normannia præſtare homagium & juramenta fidelitatis filio ſuo Willelmo,

An. MCXV. Her wæs se cyng Henri to Natiuiteð on Normandig. ⁊ on mang þam þe he þær wæs. he dyde ꝥ ealle þa heafod mæn on Normandig dydon man-ræden and hold-aðas his sunu Willelme þe he

1 VI. *Cal. Maii, die Dominica.* Flor. 2 VI. *Cal. Maii, feria tertia.* Flor. 3 *Die Aſſumptionis ſanctæ Mariæ.* Flor.

be

be his ƿene hæfde. ⁊ æfter þan syððan innon Julies monðe hider into lande com. Ðises geares ƿæs sƿa strang ƿinter mid snaƿe ⁊ mid forste. sƿa nan man þe þa lifode ær þan nan strengre ne gemunde. ⁊ ƿearð þurh ꝥ un-gemæte orf-cƿealm. On þison geare sænde se papa Paschalis Raulfe Arceb. on Cant-ƿara-byrig pallium hider to lande. ⁊ he his onfeng mid mycelan ƿurðscipe æt his Arce-stole on Cant-ƿara-byrig. Hine brohte Ansealm abbot of Rome. se ƿæs nefa Ansealmes Ærceb. ⁊ se abb. Johan. of Burh :·

An. MCXVI. On þison geare ƿæs se cyng Henri to Natiuiteð æt sce. Albane. ⁊ þær let ꝥ mynster halgian. ⁊ to Eastron on Ƿudiham. And ƿes eac þyses geares sƿiðe hefig tyme ƿinter ⁊ strang ⁊ lang. ƿið orf ⁊ ƿið ealle þing. And se cyng æfter Eastron sona ferde ofer sæ into Normandig. ⁊ ƿurdon manega unrada ⁊ ræfunga and castelas genumene betƿux France ⁊ Normandig. Mæst þis unsehte ƿæs forðan þe se cyng Henri fylste his nefan þam eorle Tædbalde de Blais. þe þa ƿyrre hæfde togeanes his hlaforde þam cynge of France Loðeƿis. Ðis ƿæs sƿiðe geƿincfull gear ⁊ byrstfull on eorð-ƿæstman þurh þa ormæte reinas þe coman sona onforan August. ⁊ sƿiðe gedrehton ⁊ geƿencton þe git þe com Candel-mæssan. Eac þis gear ƿæs sƿa [a] gærne on mæstene″. sƿa ꝥ on eallon þison lande ne eac on Ƿealon ne gehyrde me of nanan segcean. Ðis land ⁊ þas leodan ƿurdon eac þises geares oftrædlice sare geƿencte þurh þa gyld þe se cyng nam. ægðer ge binnan burgan ⁊ butan. On þisum ylcan geare bærnde eall ꝥ mynstre of Burh. ⁊ eallæ þa husas butan se Capitel-hus ⁊ se Slæpperne. ⁊ þær to eac bærnde eall þa mæste dæl of þa tuna. Eall þis belamp on an frig-dæg. ꝥ ƿæs II. Non. Augt. :·

quem ex Regina ſua ſuſceperat; quo facto, poſtea in Julii menſe hanc in terram revertebatur. Hoc anno, adeo rigebat hyems nivibus & pruinis, ut nullus qui tunc vixit, durioris unquam hyemis meminerit: hinc autem facta eſt magna pecorum lues. Hoc anno, miſit Papa Paſchalis Radulpho, Archiepiſcopo in Cantwarabyrig, Pallium hanc in terram, quod ille ſuſcepit cum magno honore apud ſedem ſuam Archiepiſcopalem in Cantwarabyrig *. Hoc attulit Anſealmus Abbas de Roma (qui fuit nepos Anſealmi Archiepiſcopi) & Johannes Abbas de Burh.

An. MCXVI. Hoc anno, fuit Rex Henricus ad Natales apud S. Albane, & ibi permiſit Monaſterium iſtud conſecrari; atque ad Paſcha apud Wudiham. Hoc item anno hyems valde fera, & dura diu manſit; [nociva] item pecori & rebus omnibus. Rex poſt Paſcha transfretavit in Normanniam, & factæ erant multæ ſeditiones ac latrocinia, captaque erant [multa] caſtella inter Franciam & Normanniam. Orta eſt maxima hæc diſcordia, propterea quod Rex Henricus auxiliatus eſt ſuo nepoti Tædbaldo, Comiti de Blais, qui habuit bellum ſuſceptum cum Domino ſuo, Rege Franciæ Ludovico. Hic fuit valde miſerabilis annus, & nocivus terræ frugibus per immodicas pluvias, quæ incæperunt ſub initium Auguſti, & [gentem] valde vexarunt & afflixerunt uſque ad feſtum Candelarum. Fuit etiam hic annus ita................, ut non audierim ſive in tota hac terra ſive in Wallia reperta fuiſſe. Hæc terra & hic populus erant hoc anno frequenter graviterque oppreſſi tributis quæ Rex exegit tum intra burgos tum extra. Hoc ipſo anno, conflagravit totum Monaſterium de Burh, & omnia ædificia præter Capitulum & Dormitorium: fuit etiam igni incenſa maxima pars oppidi. Totum hoc contigit die quodam Veneris, qui fuit II. Non. Auguſti.

---

a *Harum vocum ſignificationem ignoro.*

* v. *Calend. Julii, die Dominica.* Flor.

An. MCXVII. Totum hunc annum agebat Rex Henricus in Normannia, ob animum hoſtilem Regis Franciæ, & reliquorum vicinorum. Poſtea in æſtate venit Rex Franciæ, & cum illo Comes Flandriæ, cum exercitu in Normanniam, & ibi unam noctem commorati, mane abſque prælio revertebantur. Normannia autem fuit magnopere oppreſſa tributis, & copiis quas Rex eo adverſus [hoſtes] coëgerat. Hæc etiam natio iiſdem, nempe compluribus tributis, erat vehementer afflicta. Hoc item anno, kal. Decembris noctu, fuit immoderata tempeſtas, nempe tonitrua, & fulgura, & nimbi, & grando. Tertio item Idus Decembris noctu, viſa eſt Luna magna parte noctis tota ſanguine ſuffuſa; & poſtea fuit obſcurata. Septimo etiam Calend. Januarii noctu, fuit cœlum valde rubens viſum, tanquam incendio conflagraſſet. In Octavis ſancti Johannis Evangeliſtæ fuit magnus terræ motus in Lumbardige, qui multa Monaſteria, & turres, & domos dejecit, & multum damni hominibus intulit. Hic annus fuit frugibus parum locuples, propter pluvias quæ toto pene hoc anno nunquam ceſſarunt. Gilebertus item, Abbas de Weſtmynſter, deceſſit VIII. Idus Decembris; & Farits, Abbas de Abbandune, VII. Calend. Martii. Hoc ipſo anno . . . .

An. MCXVIII. Totum hunc annum agebat Rex Henricus in Normannia propter bellum [contra ſe ſuſceptum] à Rege Franciæ, & Comite de Angeou, & Comite de Flandria. Comes autem de Flandria fuit in Normannia vulneratus, atque ita vulneratus in Flandriam profectus eſt. Hoc bello Rex vehementer afflictabatur, & multum diſperdidit tum pecuniarum tum terrarum: verum maxime eum vexabant proprii milites, qui ab eo frequenter defecerunt, eumque prodiderunt; & ad hoſtes converſi, iis Regis incommodo perfide ſua caſtella dediderunt. Totum hoc carè conſtitit Anglorum terræ, propter varia tributa à quibus toto hoc anno nunquam ceſſatum eſt. Hoc anno, in hebdomada Theophaniæ, fuit quodam [die] veſperi magna vis fulgurum, quæ

An. MCXVII. Eall þis gear ƿunode se cyng Henri on Normandig. for þes cinges unsehte of France ⁊ his oðra nehhebura. And þa to þan sumeran com se cyng of France ⁊ se eorl of Flandra mid him mid fyrde into Normandig. ⁊ ane niht þær inne ƿuneden. ⁊ on morgen butan gefeohte ongean ferden. And Normandig ƿearð sƿiðe gedreht ægðer ge þurh gyld ge þurh fyrde þe se cyng Henri þær ongean gaderode. Eac þeos þeode þurh þis ylce. þurh manigfealde gyld. ƿearð strange geswenct. Þises geares eac on þære nihte kl. Decembris ƿurdon ormætlica ƿædera mid þunre. ⁊ lihtinge. ⁊ reine. ⁊ hagole. And on þære nihte III. Idus Decembris. ƿearð se mona lange nihtes sƿylce he eall blodig ƿære. ⁊ syððan aþistrode. Eac on þære nihte XVII. kl. Janr. ƿæs seo heofon sƿyðe read gesegen. sƿylce hit byrne ƿære. And on Octab. sci. Johannis Euangelistæ ƿæs seo mycele eorð-byfung on Lumbardige. for hƿan manega mynstras ⁊ turas ⁊ huses gefeollon. ⁊ mycelne hearm on mannan gedydon. Þis ƿæs sƿiðe byrstful gear on corne. þurh þa renas þe forneh ealles geares ne geswicon. And se abbot Gilebert of West-mynstre forð-ferde VIII. Idus Decembris. ⁊ Faritz abbot of Abbandune VII. kl. Martii. And on þisum ylcan geare . . . .

An. MCXVIII. Her eall þis gear ƿunode se cyng Henri on Normandig for þes cynges ƿyrre of France. and þæs eorles of Angeow. ⁊ þæs eorles of Flandran. And se eorl of Flandra ƿarð innan Normandig geƿundod. ⁊ sƿa geƿundod into Flandran for. Þurh þisra unsehte ƿearð se cyng sƿiðe gedreht. ⁊ mycel for-leas ægðer ge on feoh ⁊ eac on lande. ⁊ mæst hine drehton his agene men þe him gelome fram bugon ⁊ sƿicon. ⁊ to his feondan cyrdon. ⁊ heom to þæs cynges hearme ⁊ sƿicdome heora castelas ageafon. Eall þis stranege geboht Engla land þurh þa mænig-fealdlice gyld þe ealles þises geares ne geswicon. On þison geare. on þære ƿucon Theophanie. ƿæs ænes æfenes sƿyðe mycel lihtinge. ⁊ ungemetlice

gemetlice slæge þær æfter. And seo cƿen Mahald forð-ferde on Ƿest-mynstre þæs dæges kl. Mai. ⁊ þær ƿæs bebyrged. And se eorl Rotbert of Mellent þises geares eac forð-ferde. Eac on þison geare to sce. Ðomas mæsse. ƿæs sƿa sƿiðe ungemetlice mycel ƿind ꝥ nan man þe þa lifode nænne maran ne gemunde. ⁊ ꝥ ƿæs æghƿær gesene. ægðer ge on husan. ⁊ eac on treoƿan. Þises geares eac forð-ferde se Papa Paschalis. ⁊ feng Johan of Gaitan to þam Papdome þam ƿæs oðer nama Gelasius:·

An. MCXIX. Þis gear eall ƿunode se cyng Henri on Normandig. ⁊ ƿæs þurh þæs cynges ƿyrre of France. ⁊ eac his agenra manna þe him mid sƿicdome fram ƿæron mid abugon oft-rædlice sƿiðe gedreht. oððet þa tƿegen cyngas innan Normandige mid heoran folcan coman togædere. Þær ƿearð seo cyng of France aflymed. ⁊ ealle his betste mæn genumene. ⁊ syððan þæs cynges mæn Heanriges manega him to gebugen ⁊ ƿið hine acordedan. þe ær mid heora castelan him togeanes ƿæron. ⁊ sume þa castelas he mid strengþe genam. Þises geares ferde Ƿillelm. þæs cynges sunu Heanriges ⁊ þære cƿen Mahalde. into Normandige to his fæder. ⁊ þær ƿearð him forgifen ⁊ to ƿife beƿeddod þæs eorles dohter of Angeoƿ. On sce. Michaeles mæsse æfen ƿæs mycel eorð-bifung on suman steodan her on lande. þeah sƿiðost on Gloƿe-ceastre-scire. ⁊ on Ƿigre-ceastre-scire. On þis ylcan geare forð-ferde se Papa Gelasius on þas halfe þære muntan. ⁊ ƿæs on Clunig bebyrged. ⁊ æfter him se Arce-biscop of Uiana ƿearð to Papan gecoren. þam ƿearð nama Calixtus. Se syððan to sce. Lucas mæssan Euangelista com into France to Ræms ⁊ þær heold Concilium. ⁊ se Arce-biscop Turstein of Eoferƿic þyder ferde. ⁊ forði þe he togeanes rihte. ⁊ togeanes þam Arce-stole on Cant-ƿara-byrig. ⁊ togeanes þæs cynges ƿillan his had

cædes vaſtas effecit. Regina item Mahald deceſſit in Weſtmynſter, Calendis Maii, & ibi fuit ſepulta. Rotbertus etiam Comes de Mellent hoc anno deceſſit. Hoc anno, ad ſancti Thomæ feſtum, fuerunt venti ita immoderati, ut nullus qui tunc vivebat vehementiores meminerit; cui indicio erant in omnibus locis domus, etiamque arbores. Hoc item anno*, deceſſit Papa Paſchalis, & capeſſit Papatum Johannes de Gaitan, cui aliud nomen erat Gelaſius.

An. MCXIX. Totum hunc annum conſumpſit Rex Henricus in Normannia, quod [ab eo] factum eſt propter bella [ſibi illata] à Rege Franciæ, etiamque à ſuis militibus, qui ab eo perfidioſe deficientes, illum vehementer vexarunt; donec duo Reges in Normannia cum ſuis copiis [prælio] conveniſſent. Ibi fuit Rex Franciæ fugatus, & omnes milites præſtantiſſimi capti; poſteaque Regis Heanrici ſervi complures ad officium redibant eique conciliabantur, qui antea ſua caſtella adverſus illum tenuerunt: nonnulla item caſtella vi cepit. Hoc anno, ivit Willelmus, filius Regis Heanrigi & Reginæ Mahaldis, in Normanniam ad patrem; atque ibi ei data eſt & matrimonio juncta filia Comitis de Angeou. In ſancti Michaelis feſto, veſperi, fuit magnus terræ motus in quibuſdam partibus hujus terræ, præſertim vero in Gloweceaſterſcira, & in Wigreceaſterſcira. Hoc ipſo anno, deceſſit Papa Gelaſius ab hac parte [1] montium, fuitque in Clunig ſepultus; & poſt eum Archiepiſcopus de Viana fuit in Papam electus, cui nomen erat Calixtus. Hic poſtea ad ſancti Lucæ Evangeliſtæ feſtum, venit in Franciam ad Ræms, & ibi inſtituit Concilium †; eoque Archiepiſcopus Eboracenſis Turſteinus profectus eſt; atque quoniam contra jus, & contra Archiepiſcopalem ſedem in Cantwarabyrig, & contra Regis voluntatem ordinationem ſuam à

---

* XIV. *Calend. Februarii.* Florentii Continuator. 1 *Alpium.* † XIII. *Cal. Novembris.*

Papa

Papa ſuſcepit, ei interdixit Rex reditu in Anglorum terram: adeoque is Archiepiſcopatu privatus cum Papa verſus Romam ivit. Hoc anno, periit Baldewinus Comes Flandriæ iſto vulnere quod in Normannia accepit; & poſt eum capeſſit regnum Carolus ejus patruelis, qui fuit filius Canuti, ſancti illius Regis Denmarciæ.

An. MCXX. Hoc anno, firmata erat pax inter Reges Angliæ & Franciæ: & poſt eorum concordiam fœdus feribant omnes Heanrigi Regis milites cum illo in Normannia; etiamque Comites Flandriæ & de Puntiw. Poſt hæc, diſpoſuit Rex Henrigus ſua caſtella ac terras in Normannia ex ſua voluntate, adeoque ante Adventum hanc in terram revertebatur. In eo autem itinere fuerunt ſubmerſi Regis duo filii, Willelmus & Ricardus, atque Ricardus Comes de Ceaſter, & Ottuel ejus frater, & quamplurimi de Regis familia, diſpenſatores, cubicularii, pincernæ, aliique miniſtri; ac cum illis magna multitudo cujuſvis generis hominum. Eorum mors fuit cognatis duas ob cauſſas acerba, tum quod tam ſubito vitam amiſerint, tum etiam quod ex iis paucorum corpora ubivis poſtea inventa erant. Hoc anno, radiavit ingens lux in ſepulchrum Domini in Hieroſolymis duabus vicibus, prima ad Paſcha, ſecunda ad Aſſumptionem ſanctæ Mariæ; quemadmodum viri fide digni aſſeverabant qui inde venerunt. Turſteinus item Archiepiſcopus de Eoforwic fuit per Papam Regi conciliatus; & hanc in terram reverſus *, in Epiſcopatum reſtituebatur, etſi iſti rei Archiepiſcopus de Cantwarabyrig obfirmate reſiſteret.

An. MCXXI. Hoc anno, fuit Rex Henricus ad Chriſti feſtum in Bramtune; & poſtea ante Candelarum feſtum, in Windleſora ei in uxorem data eſt [1] Athelis, quæ

æt þam Papan under-feng. him ƿiðcƿæð se cýng ælces gean-fares to Engla lande. ⁊ he þus his Arce-biscop-rices þærnode. ⁊ mid þam Papan toƿardes Rome for. Eac on þison geare forð-ferde se eorl Baldeƿine of Flandran of þam ƿundan þe he innan Normandige gefeng. ⁊ æfter him feng Carl his faða sunu to þam rice se ƿæs Cnutes sunu þæs halgan cýnges of Denmarcan :·

An. MCXX. Ðises geares ƿurdon sehte seo cýng of Engle-lande ⁊ se of France. ⁊ æfter heora sehte acordedan ealle þæs cýnges Heanriges agene mæn ƿið hine innan Normandige. ⁊ se eorl of Flandran ⁊ se of Puntiƿ. Sýððan her æfter sætte se cýng Henrig his castelas ⁊ his land on Normandi æfter his ƿillan. ⁊ sƿa toforan Aduent hider to lande for. And on þam fare ƿurdon [a] adruncene þæs cýnges tƿegen sunan Ƿillelm ⁊ Ricard. ⁊ Ricard eorl of Ceastre. ⁊ Ottuel his broðor. ⁊ sƿiðe manega of þæs cýnges hired. stiƿardas. ⁊ burðenas. ⁊ býrlas. ⁊ of mýstlicean ƿican. and ungerim sƿiðe ænlices folces forð mid. Ðýssa deað ƿæs heora freondan tƿý-fealdlic sár. an þ hi sƿa fearlice þises lifes losedan. oðer þ feaƿa heora lichaman ahƿær sýððan fundena ƿæron. Ðises geares com þet leoht to Sepulchrum Domini innan Ierusalem tƿiges. æness to Eastron. ⁊ oðre siðe to Assumptio sce. Marie. sƿa sƿa geleaffulle sædon þe þanon coman. And se Arce-biscop Turstein of Eoferƿic ƿearð þurh þone Papan ƿið þone cýng acordad and hider to lande com. and his biscop-rices on-feng. þeah hit þam Arce-biscope of Cant-ƿara-býrig sƿiðe un-geƿille ƿære :·

An. MCXXI. Her ƿæs se cýng Henri to Cristes mæssan on Bramtune. ⁊ þær-æfter to-foran Candel-mæssan on Ƿindlesoran him to ƿife forgýfen Aðelis ⁊

a *l.* adruncene.

* 2. *Nonas Januarii.* Flor. 1 *Atheleida.* Flor.

syððan to cwene gehalgod. seo ƿæs þæs here-togan dohtor of [a]Luuain. And se mona aþystrode on þære nihte None Aprilis. ⁊ ƿæs xiv. luna. And se cyng ƿæs to Eastran on Beorclea. ⁊ þær æfter to Pentecosten he heold mycelne hyred on Ƿest-mynstre. ⁊ syððan þæs sumeres mid fyrde into Ƿealan for. ⁊ þa Ƿyliscean him ongean coman. ⁊ æfter þes cynges ƿillan hi ƿið hine acordedan. Ðises geares com se eorl of Angeoƿ fram Jerusalem into his lande. ⁊ syððan hider to lande sende. ⁊ his dohter let feccean. seo ƿæs Ƿillelme þes cynges sune æror to ƿife for-gyfan. And on þære nihte uigilia Natalis Domini ƿæs sƿiðe mycel ƿind ofer eall þis land. ⁊ þet ƿearð on manegan þingan sƿiðe gesene :·

An. MCXXII. On þis geare ƿæs se cyng Heanri on Cristes mæssan on Norht-ƿic. ⁊ on Pasches he ƿæs on Norht-hamtune. And on þone Lenten tyde þær toforen forbearn se burch on Gleaƿe-ceastre. þa hƿile þe þa munecas sungen þære messe. ⁊ se dæcne hafde on-gunnan þone God-spell Præteriens Iesus. þa com se fyr on ufenƿeard þone stepel ⁊ for-bearnde ealle þe mynstre. ⁊ ealle þa gersumes þe þær binnen ƿæron. foruton feaƿe bec. ⁊ iii. messehakeles. þet ƿes þes dæies viii. Idus Mart. And þær æfter þe Tiƿesdæi æfter Palmes Sunendæi ƿæs sƿiðe mycel ƿind on ꝥ dæi xi. kl. Apr. þær æfter comen feale tacne ƿide hƿear on Engle-land. ⁊ feole dƿild ƿearen gesegen ⁊ gehord. And þes niht viii. kl. Aug. ƿæs sƿiðe micel eorð-dyne ofer eall Sumer-sete-scire. ⁊ on Gleaƿe-cestre-scire. Siððon on þæs dæi vi. Idus Sept. þet ƿæs on sce. Marie mæsse-dæi. þa ƿearð sƿiðe micel ƿind fram þa undern-dæies to þa sƿarte nihte. Ðeos ilce geares forð-ferde Raulf seo Arce-biscop of Cant-ƿara-byrig. ꝥ ƿæs on þæs dæies xiii. kl. Nouemb. Ðær æfter ƿæron

poſtea in Reginam fuit conſecrata: erat autem illa filia Ducis de [1]Luvain. Luna item obſcurata eſt noctu Nonis Aprilis: fuit ea xiv. Luna. Rex erat ad Paſcha in Beorclea; & poſtea ad Pentecoſten tenuit magnam Curiam in Weſtmynſter, ac deinde hac æſtate cum exercitu in Walliam profectus eſt; Walli autem obviam venientes, ex Regis voluntate cum illo fœdus percuſſerunt. Hoc anno, revertebatur Comes de Angeou ab Hieroſolymis in ſuam terram; & poſtea in hanc terram mittens, filiam ſuam permiſit accerſi, quæ fuerat Willelmo Regis filio antea in uxorem data. In vigiliis item Natalis Domini noctu, fuit vehemens ventus per totam hanc terram, cujus indicia in multis rebus conſpecta erant.

An. MCXXII. Hoc anno, fuit Rex Heanricus in Chriſti feſto in Norhtwic, & in Paſchate fuit in Norhthamtune. In Quadrageſima autem præcedente conflagravit Monaſterium in Gleaweceaſter: cum enim Monachi cantabant Miſſam, & Diaconus incœpiſſet Evangelium PRÆTERIENS JESUS, miſſus eſt ignis deſuper in turrim, qui incendit totum Monaſterium, omneſque theſauros quotquot in eo erant, præter paucos libros, & tres veſtes Sacerdotales. Hoc factum eſt [2]viii. Idus Martii. Deinde die Martis poſt Palmarum feriam fuit ventus valde vehemens xi. Calend. Aprilis; quem inſecuta ſunt multa ſigna ubique in Anglia; multa item ſpectra erant viſa & audita. Die viii. Calend. Aug. noctu, fuit terræ motus valde magnus per totam Sumerſeteſciram, & in Gleawceſterſcira. Poſt hæc, vi. Idus Septembris, ſcilicet in ſanctæ Mariæ feſto, fuit ventus horribilis à nona hora matutina ad noctis caliginem. Hoc ipſo anno, deceſſit Radulphus, Archiepiſcopus de Cantwarabyrig, ſcilicet in die [3]xiii. Calend. Novembris. Poſt hæc, fuerunt

---

a *f. legendum* Lorain.

1 *Lotharinga.* Flor. 2 vii. Flor. 3 xiv. Flor.

multi

multi nautæ ſuper mare ac flumina, qui dicebant ſe vidiſſe in Euroaquilone ignem magnum & latum prope terram, atque eum creviſſe in longitudinem ad nubem; nubem autem diviſam in quatuor partes ei reſtitiſſe, quaſi voluiſſet extinguere: nihilo tamen minus ignem creviſſe in altitudinem ad cœlum. Ignem hunc [primum] conſpexerunt in diluculo, qui duravit uſque ad claram lucem, die VII. Idus Decembris.

An. MCXXIII. Hoc anno, fuit Rex Henricus in Chriſti feſto apud Duneſtaple, quo ad eum venerunt nuncii Comitis de Angeou; & inde ivit ad Wudeſtokę, atque ejus Epiſcopi totaque Curia cum illo. Poſtea contigit quodam die Mercurii, ſcilicet IV. Idus Januarii, Regem equitare in ferarum ſaltu, Rogerum item Epiſcopum de Seresbyrig ab uno ejus latere, & Rotbertum Bloet Epiſcopum de Lincoln ab altero latere: equitantes autem colloquebantur. Tunc conſedit Epiſcopus de Lincoln, & dicebat Regi, Domine Rex, morior: Rex autem deſcendens ex equo, complectebatur eum brachiis ſuis, & permiſit efferri ad hoſpitium, ubi ſtatim mortuus eſt; atque deportabant eum ad Lincoln cum magno honore, ſepelibantque ante ſanctæ Mariæ altare: eum ſepelivit Epiſcopus de Ceaſter, Rotbertus Pecceth appellatus. Statim poſt hæc, miſit Rex ſuas literas per totam Anglorum terram, & juſſit ſuos Epiſcopos, & ſuos Abbates, & ſuos Thanos omnes ipſi obviam venire ad Procerum Concilium, in Candelarum die feſto, ad Gleawceaſter; quod ab iis factum. Quum eo conveniſſent, juſſit Rex illos eligere ſibi Archiepiſcopum ad Cantwarabyrig quemcunque vellent, [pollicitus] ſe illud confirmaturum. Tunc collocuti ſunt Epiſcopi inter ſe, & dixerunt ſe nunquam iterum ſibi præfectum velle ordinis Monachici virum in Archiepiſcopum, adeoque omnes iverunt unanimiter ad Regem, & rogarunt ut ſibi liceret eligere ex Clericis quemcunque vellent in Archiepiſcopum; quod Rex illis conceſſit. Hoc olim effectum fuerat per Epiſcopum de Seresbyrig, & per

feole scip-men on sæ. ⁊ on wæter. ⁊ sædon ꝥ hi sægon on norð-east fir micel ⁊ brad wið þone eorðe. ⁊ weax on lengþe up on an to þam wolcne. and se wolcne un-dide on fower healfe. ⁊ faht þær togeanes. swilc hit scolde á cwencen. ⁊ se fir weax na þa ma up to þe heouene. Ðæt fir hi seagon in ðe dæi-rime and læste swa lange ꝥ hit wæs liht ofer eall þet wæs þæs dæies VII. Idus Decemb. :·

An. MCXXIII. On þyssum geare wæs se king Henri on Cristes tide æt Dunestaple. ⁊ þær comen þes eorles sandesmen of Angeow to him. ⁊ þeonen he ferde to Wudestoke. ⁊ his biscopes ⁊ his hird eall mid him. Ða tidde hit on an Wodnesda. þet wæs on IV. Idus Januar. ꝥ se king rad in his der-fald. ⁊ se biscop Roger of Seres-byrig on an half him. ⁊ se biscop Rotbert Bloet of Lincolne on oþer half him. and riden þær spræcende. Ða sæh dune se biscop of Lincolne ⁊ seide to þam kyng. Laferd kyng ic swelte. ⁊ se kyng alihte dune of his hors. ⁊ alehte hine betwux his earmes. and let hine beran ham to his inne. ⁊ wearð þa sone dead. ⁊ man ferode hine to Lincolne mid micel wurðscipe. ⁊ bebyrigde hine toforen sce. Marie weofod. ⁊ hine bebyrigde se biscop of Ceastre Rotbert Pecceð wæs gehaten. Ða sona þær æfter sende se kyng hise write ofer eall Engla lande. ⁊ bed hise biscopes ⁊ hise abbates ⁊ hise þeignes ealle þet hi scolden cumen to his gewitene mot on Candel-messe deig to Gleaw-ceastre him togeanes. ⁊ hi swa diden. Ða hi wæran þær gegaderod. þa bed se cyng heom þæt hi scoldon cesen hem Ærce-biscop to Cant-wara-byrig swa hwam swa swa hi woldon. ⁊ he hem hit wolde tyþian. Ða spræcon þa biscopas hem betwenan. ⁊ sæden þæt hi næfre mare ne wolden hafen munec-hades-man to Ærce-biscop ofer hem. ac iedon ealle samodlice to þone kyng ⁊ ieornden ꝥ hi mosten cesen of clerc-hades-man swa hwam swa swa hi wolden to Ærcebiscop. ⁊ se kyng hit hem tidde. Ðis wæs eall ear gedon þurh se biscop of Seres-byrig.

byrig. ⁊ þurh se biscop of Lincolne ær he wære dead. forði þet næfre ne luueden hi munece regol. ac wæron æfre togeanes munecas ⁊ here regol. And se prior ⁊ se munecas of Cant-wara-byrig. ⁊ ealle þa oðre þe þær wæron munec-hades-men hit wið-cwæðen fulle twa dagas. ac hit naht ne beheld. for se biscop of Særes-byrig wæs strang ⁊ wealde eall Engle-land. ⁊ wæs þær togeanes eall ꝥ he mihte ⁊ cuðe. Ða cusen hi an clerc Willelm of Curboil wæs gehaten. he wæs canonie of an mynstre Cice hatte. ⁊ brohten him toforen se kyng. ⁊ se kyng him geaf þone Ærce-biscop rice. ⁊ ealle þa biscopas him underfengen. him wið-cwæðen munecas ⁊ eorles. ⁊ þeignes ealle mest þe þær wæron. On þa ilca tyma ferden þes eorles sandes-men mid unræhte fram kyng. na of his gyfe naht ne rohton. On þa ilca tyma com an Legat of Rome Henri wæs gehaten. he wæs abbot of sce. Johs. mynstre of Amieli. and he com æfter þe Rome-scot. ⁊ he sæde þone cyng ꝥ hit wæs togeanes riht ꝥ man scolde setten clerc ofer munecas. ⁊ swa swa hi hæfden cosen Ærce-biscop æror in here capitele æfter rihte. ac se cyng hit nolde un-don. for þes biscop luuen of Særes-byrig. Ða ferde se Ærce-biscop sone þær æfter to Cant-wara-byrig. ⁊ wæs þær underfangan þeh hit wære here un-þancas. ⁊ was þære sone gebletsod to biscop fram se biscop of Lundene. ⁊ se biscop Ernulf of Roue-ceastre. ⁊ se biscop Willelm Gifard of Win-ceastre. ⁊ se biscop Bernard of Wales. ⁊ se biscop Roger of Seares-byrig. Ða sone in þe Lenten ferde se Ærce-biscop to Rome æfter his Pallium. ⁊ mid him ferde se biscop Bernard of Wales. ⁊ Sefred abbot of Glæsting-byrig. ⁊ Ansealm abbot of s. Ædmund. ⁊ Johan ærce-dæcne of Cant-wara-byrig. and Gifard wæs þes kinges hird-clerc. On þa ilca tima ferde se Ærce-biscop Đurstan of Eoferwic to Rome þurh ðes Papes hese. and com ðider ðre

Epiſcopum de Lincoln prius quam mortem obibat, propterea quod nunquam probarent Monachorum Regulas, ſed ſemper adverſati ſint Monachis & eorum Regulis. Prior autem & Monachi de Cantwarabyrig, omneſque alii Monachici ordinis viri qui ibi fuerunt, illud oppugnarunt integrum biduum, verum nihil profecerunt; fuit enim Epiſcopus de Særesbyrig potens, & gubernavit totam Angliam, ſeque iis oppoſuit quantum poſſet ac valeret. Tunc elegerunt quendam Clericum, Willelmum de Curboil nomine, qui fuit Canonicus cujuſdam Monaſterii Cice dicti; ſiſtebantque eum coram Rege, & Rex ei dedit Epiſcopatum, ac omnes Epiſcopi illum ſuſceperunt; verum rejecerunt Monachi, & Comites, & Thani pene omnes qui interfuerunt. Eo ipſo tempore diſceſſerunt [1] Comitis nuncii hoſtiliter à Rege, ejuſque favorem deſpexerunt. Eodem tempore venit Legatus à Roma, Henricus nomine: fuit is Abbas Monaſterii S. Johannis de Anieli, venitque de denario S. Petri; ac dicebat Regi injuſtum eſſe conſtituere Clericum ſuper Monachos, adeoque illos olim jure elegiſſe Archiepiſcopum in ipſorum Capitulo: verum Rex illud noluit corrigere, propter benevolentiam [quam habuit] erga Epiſcopum de Særesbyrig. Tunc ivit Archiepiſcopus paullo poſtea ad Cantwarabyrig, & fuit ibi ſuſceptus, iis licet invitis, ſtatimque ibi conſecratus eſt * in Epiſcopum ab Epiſcopo de Lundene; & Ernulfo, Epiſcopo de Roveceaſter; & Willelmo Gifardo, Epiſcopo de Winceaſter; & Bernardo, Epiſcopo [2] de Wallia; & Rogero, Epiſcopo de Særesbyrig. In initio Quadrageſimæ, profectus eſt Archiepiſcopus Romam ad petendum Pallium; atque cum illo ivit Bernardus, Epiſcopus de Wallia; & Sefredus, Abbas de Glæſtingbyrig; & Anſealmus, Abbas de S. Ædmund; & Johannes, Archidiaconus de Cantwarabyrig; & Gifardus [qui] fuit Regis capellanus domeſticus. Eodem tempore, profectus eſt Romam Thurſtanus, Archiepiſcopus de Eoferwic, juſſu Papæ; atque eo

1 *Andegavenſis.* * XIV. *Calend. Martii.* Flor. 2 *De S. David.* Flor.

moritur	7, 27	
Sicga moritur	65,30	793
Sidemannus, Ep. Devonenſ. moritur	124,2	977
ubi ſepelitur	124,6	
Sidrac Comes occiditur	80,30	871
Sexburga, filia Ercenberhti	31,6	
Sexburga, Cenwalli uxor, regnum Weſt-Saxonum capeſſit	41,7	672
Sigebrihtus fit Rex Weſt-Sax.	56,21	754
illo privatur	56,25	755
interficitur	57,3	
Sigebrihtus Dux occiditur	101,22	905
Sigeferthus Rex ſeipſum interficit	117,10	961
Sigeferthus Thanus occiditur	146,7	1015
Sigelmus Dux occiditur	101,20	905
Sighelmus Romam & in Indiam deportat Ælfredi eleemoſynas	86,29	883
S. Silveſter fit Papa	9, 6	311
Simon Petrus crucifigitur	6, 18	90
Siricus it Romam	68,11	799
Siricus fit Archiep. Cant.	126,14	989
it Romam	126,15	989
moritur	128,6	994
Siwardus fit Archiep. Cant.	157,19	1043
moritur	158,31	1046
Siwardus Comes moritur	169,11	1055
Siwardus fit Ep. Roffenſis	170,10	1058
Siwardus Barn à Willelm. Conq. deficit	181,6	1071
ſeſe dedit	181,14	1071
Siwulfus Dux occiditur	101,19	905
Snotingaham capitur ab Eadmundo Rege	114,23	942
Snotinghamenſe caſtellum reſtauratur	110,8	922
novum ibi ædificatur	110,25	924
Snotingahamſcira devaſtatur	147,38	1016
Spearhafocus fit Abbas Abbandunenſis	158,29	1046
fit Ep. Lundenenſis	161,31	1048
ei denegatur conſecratio	162,2	1048
privatur Epiſcopatu	165,5	1048
Stæffordæ caſtell. conſtruitur	104,4	913
Stæffordſcira devaſtatur ab Uhtredo	147,32	1016
Stanewig additur Eccleſiæ Medeſhamſtedenſi	240,30	
Stanfordiæ caſtell. conſtruitur	109,33	922
oppidum capitur ab Eadmundo R.	114,23	942
Stellæ diurno tempore conſpiciuntur	19,11	540
	237,27	1135
è cœlo cadunt	55,22	744
	202,13	1095
inſolita ſtella apparet	205,25	1097
	213,20	1106
	216,13	1110
	217,35	1114
S. Stephanus lapidibus obruitur	4, 14	34
Stephanus V. fit Papa	70,2	814
moritur	70,5	816
Stephanus X. fit Papa	169,35	1057
moritur	170,3	1058
Stephanus fit Rex Angliæ	237,42	1135
recipitur à Normannis	238,12	1137
miſeriæ ejus regni	238,34	
vincit Davidem Scotorum Regem	241,10	1138
bellum gerit contra Randulfum	241,28	
obſidet Lincolniam	241,35	
prehenditur	241,42	
liberatur	242,23	
cum Randulfo Comite fœdus ferit	242,28	
violat	242,31	
expugnat Oxonium	242,46	
fœdus ferit cum Henr. de Peitowe	243,31	
moritur	244,5	1154
ubi ſepelitur	244,7	
Stigandus fit Ep. Eaſt-Angl.	157,10	1042
pulſus Epiſc. reſtituitur	157,35	1043
fit Ep. Winton.	158,22	1045
fit Archiep. Cant.	168,25	1052
ei mittitur Pallium	170,5	
Stigandus Ep. de Ciceaſter moritur	192,11	1086
Stræcledwalli à Danis exagitantur	83,10	875

Edwar-

Edwardo R ſubjiciuntur *p.*110,*l.*38 | 924
Strages apud Wodnesbeorg 22,32 | 591
in Lundonia, Cwantawic & Roſeſ-ceaſter 73,34 | 839
in loco quo Goda Thanus interfectus eſt 126,4 | 988
Stufus & Wihtgarus in Britanniam veniunt 18,8 | 514
prælio ſuperant Britannos 18,11 | 514
Suedi pugnant cum Canuto 152,36 | 1025
Sumurtun expugnatur 54,2 | 733
Suth-hamtun. v. Hamtun.
Suth-Saxones. v. Auſtrales Saxones.
Suth-Picti. v. Picti Auſtrales.
Suthregienſes ſubduntur Ecgberhto 70,33 | 823
Swegenus una cum Anlafo obſidet Londinum 128,10 | 994
prædas per Angliam agit 128,21 | 994
devaſtat Wiltune 133,26 | 1003
Northwic 133,33 | 1004
venit ad Sandwic 142,39 | 1013
ejus per Angliam victoriæ 143,5 | 1013
Rex Anglorum 143,37 | 1013
moritur 144,34 | 1014
Swegen Comes tranſit in Flandriam 158,24 | 1045
pacem facit cum Eadweardo Rege 159,27 | 1046
exulat 160,1 | 1046
interficit Beornum Comitē 160,16 | 1046
tranſit in Flandriam 161,3 | 1046
venit in Angliam 161,12 | 1047
falſo apud Regem Eadweardum accuſatur 163,29 | 1048
utlagatur 164,14 | 1048
in Flandriam tranſit 164,30 | 1048
Swegeni, Regis Danorum, filii claſſem in Angliam ducunt 174,21 | 1069
partes Humbro vicinas vaſtant 174,27 | 1069
ipſe in Humbrum naves appellit 176,12 | 1070
cum Willelmo Conq. fœdus firmat 177,33 | 1070
ejus naves multæ pereunt 177,36 | 1070
moritur 183,26 | 1076
Swifneh Scotus moritur 91,12 | 891
Swithulfus Ep. moritur 97,31
S. Swithunus moritur 78,14 | 861
Sy—— v. Si——
Sydroc ſenior & junior interficiuntur 81,16 | 871
Synodus celebrata Nicææ 9,6
Arelatenſis 9,7
Conſtantinopolitana 9,22 | 379
Epheſina 10,30
Chalcedonenſis ſancitur 11,10 | 439
adverſus Eutychen & Dioſcorum 13,15
apud Heortford 41,11 | 673
apud Hæthfeld 44,34 | 680
apud Baccanceld 48,10 | 694
ejus decreta 48,20
apud Cloſeſhou 55,12 | 742
Acleæ 63,15 | 782
apud Cealchythe 63,30 | 785
apud Fincanheale 64,20 | 788
Acleæ 64,32 | 789
apud Cloſeſhou 70,18 | 822
apud Kyntlingtune 123,42 | 977
apud Ræms 159,15 | 1046
Romæ 161,14 | 1047
apud Vercels 161,18 | 1047
apud Wintanceaſter 178,31 | 1071
apud Lundene 179,1 | 1074
apud Wintanceaſter 179,4 | 1075
apud Lundene 179,12 | 1077
apud Gleawceaſter 179,14 | 1080
179,22 | 1085
186,23 | 1085
apud Weſtmynſter 210,37 | 1102
apud Ræms 221,39 | 1119
apud Lundene 229,21 | 1125
apud Lundene 234,9 | 1129

T.

Tædbaldus, Comes de Blais, bellum movet contra Ludovicum, Franciæ Regem *p.*219, *l.*24 | *A. D.*
Tamweorthigenſe caſtrum conſtruitur 103,39 | 913
Tantun caſtrum deſtruitur 52,11 | 722
à quo ædificatum eſt 52,12
Tatwinus fit Archiep. Cant. 53,22 | 731
moritur 54,7 | 734
Tegntun conflagrat 132,3 | 1001
Temesfordenſe caſtrum à Danis conſtruitur 107,33 | 921

ab Eadweardo R. capitur *p.* 108, *l.* 8		921
Tenebræ ſub meridiem	237,23	1135
Tenercebrai caſtrum obſidet Henr. I.	214,4	1106
Tenetland devaſtatur	121,13	969
Terræ motus	195,46	1089
	220,20	1117
	221,31	1119
	223,35	1122
	234,46	1129
Teobaldus fit Archiep. Cant.	241,27	1140
Thælwæl caſtrum reſtauratur	110,15	923
Theodbaldus, Æthelferthi frater, interficitur	24,11	603
Theodford devaſtatur	134,12	1004
incenditur à Danis	139,31	1010
Theodorus fit Archiep. Cant.	40,17	668
Synodum celebrat apud Hæthfeld	44,34	680
moritur	47,14	690
Theodoſius jun. capeſſit Imper.	10,13	423
Theologildus. v. Feologildus.		
Thomas I. Archiep. Ebor. recuſat obedientiam ſolitam præſtare Landfranco	175,5	1070
poſtea præſtat	176,5	1070
literas Lanfranco mittit	179,7	1076
moritur	209,4	1100
Thomas II. fit Archiep. Ebor.	215,24	1108
Thoredus Weſtmoringaland devaſtat	121,8	966
Thorneienſis Abbatia data Eccleſiæ Medeſhamſtedenſi	173,5	
Thunorus occidit duos Ercenberhti filios	31,7	
Thurcyllus Eaſt-Anglis præficitur	151,1	1017
utlagatur	152,6	1021
Thurcytelus ſeſe Eadweardo R. ſubjicit	106,7	918
tranſit in Franciam	106,31	920
Thurcytelus Dux à Danis fugatur	139,23	1010
Thurcytelus occiditur	148,2	1016
Thurferthus Comes occiditur	103,11	911
Thurferthus Comes ſe Eadweardo R. ſubjicit	109,2	921
Thurſtanus, Abbas Glaſtonienſis, Monachos ſuos male tractat	184,31	1083
Thurſtanus Archiep. v. Turſteinus.		
S. Tibbæ corpus ad Medeſhamſtede defertur	120,34	
Tiberius regnum capeſſit	3, 24	16
Tidfrithus fit Epiſcopus Dunwichenſis	68,10	799
Tilberhtus fit Ep. Haguſtaldenſ.	63,6	780
Tinemuthæ caſtellum capitur à Willelmo II.	202,31	1095
Titus xi. centum millia Judæorum interficit	6, 3	71
imperium capeſſit	6, 7	81
Tobias fit Ep. Roffenſ.	47,30	693
moritur	52,26	727
Tofeceſtriæ caſtellum conſtruitur	107,13	921
obſidetur à Danis	107,22	921
muro lapideo cingitur	108,45	921
Toglos Comes occiditur	108,15	921
Tonitrua	187,38	1085
	215,32	1109
	220,12	1117
Toſtigus capeſſit Godwini Comitatum	169,20	1055
una cum Haroldo Walliam ſubjugat	170,38	1063
utlagatur à Northymbris	171,3	1064
in Flandriam tranſit	171,37	1064
ſuperatur ab Eadwino Comite	172,9	1066
ope Norrenorum Regis vincit Morkerum & Eadwinum	172,13	1066
interficitur	172,25	1066
Tributa Danis ſoluta	126,21	991
	132,31	1002
	136,27	1007
	142,1	1012
	145,38	1014
	150,24	1016
	151,13	1018
	155,30	
	156,5	1039
	156,12	1040
Trumbrihtus fit Ep. Haguſtald.	45,5	681
privatur Epiſcopatu	45,19	
Trumwinus fit Pictorum Epiſc.	45,7	681
Tuda Ep. Lindisfarn. moritur	40,7	664
Turoldus, Abb de Burh, mor.	206,26	1098
Turſteinus fit Archiep. Ebor.	218,3	1114
privatur Archiepiſcopatu	221,42	1119
reſtituitur	222,35	1120

it

it Romam	p.225, l.44	1123
it Rom.cum Joan.de Creme	229,30	1125
U.		
		A. D.
S. Valentini caput reponitur in Novo Monaſterio Wint.	p.156, l.27	1041
Valentinianus exulat	9, 29	
imperium capeſſit	9, 32	
Vecta Inſula à Cerdico & Cynrico capta	18,27	530
donata Stuffo & Wihtgaro	19,2	
devaſtatur à Wulfhero	39,19	661
donatur Athelwaldo	39,20	661
primùm fidem ſuſcipit	39,23	661
devaſtatur à Ceadwallo & Mollone	46,15	686
à Godwino Comite	166,10	1052
ab Haroldo	166,24	1052
Venti immoderati	217,42	1114
	221,4	1118
	223,15	1121
	223,31	1122
	223,38	1122
Vercellis Synodus celebratur	161,18	1047
Veſpaſianus incipit imperare	6, 1	70
Uſegeatus excæcatur	135,2	1006
Uhtredus, Northymbrorum Comes, prædatur Stæffordſciram & loca vicina	147,31	1016
ſubjicit ſe Canuto	147,40	1016
occiditur	148,1	1016
Victor II. fit Papa	169,8	1054
moritur	169,34	1057
Virgilius Abb. moritur	100,28	903
Vithel fit Abb. Weſtmonaſter.	183,28	1076
Ulfcytelus pugnat cum Danis	134,17	1004
interficitur	150,12	1016
Ulfus fit Ep. Lincoln.	161,7	1046
male tractatur in Synodo apud Vercel	161,20	1047
fugit ex Anglia	167,27	1052
Unlafus oras maritimas Angliæ devaſtat	127,21	993
vincit Byrhtnothum	127,28	993
pacem cum eodem facit	127,30	993
una cum Swegeno obſidet Londinum	128,10	994
prædas per Angliam agit	128,21	994
fœdus ferit cum Æthelredo	128,29	994
Vortigerni pugna cum Hengeſto & Horſa	13,18	455
Urbanus II. Papa mittit Anſealmo Pallium	203,37	1095
ejus cauſa Chriſtiani bellum faciunt paganis	204,16	1096
Vuluric Ab. privatur Abbatia	178,32	1071
Uxores à Clericis dimittendæ	234,9	1129
W.		
		A. D.
Wærburga moritur	p.63, l.13	782
Wæringwici caſtellum conſtruitur	104,7	914
Wæringſciram deprædatur Canutus	147,6	1016
Wal—— v. Weal——		
Walaram, Comes de Mellent, à Rege Henrico deficit	226,36	1123
prehenditur	227,21	1124
carceri committitur apud Bricge	230,9	1126
obſidibus datis liberatur	233,38	1129
venit in Angliam	233,46	1129
Walcelinus Ep. Winton. mor.	206,24	1098
Walcherus Ep. Dunholm. occiditur	184,19	1080
Walli injuſte Godwinum ac filios accuſant	163,29	1048
Haroldo & Toſtigo ſubduntur	170,38	1063
turbas in Wallia concitant	201,26	1094
	202,49	1095
eorum pars vincitur à Comite Hugone	201,34	1094
eligunt ſibi Ducem Caduugaun	205,19	
fœdus feriunt cum Henr.I.	217,30	1114
	223,7	1121
Walli. v. Britanni.		
Walli Boreales. v. Britanni Boreal.		
Wallia Occidentalis. v. Occidentalis Wallia.		
Waltearus Papæ legatus in Angliam venit	203,33	1095
adfert Anſealmi Pallium	203,36	1095
Walterus fit Epiſc. Hereford.	170,20	1060
Waltheaſus Comes vaſtat Eboracum	174,27	1069
fœdus firmat cum W.Conq.	176,8	1070

rebel-

rebellat p.182, l.27 1075
prehenditur 183,9 1075
decollatur 183,31 1076
War—— v. Wær——
Warnerus Monachus Romam mittitur ad Pallium Radulphi Archiep. Cant. petendum 218,30 1114
Wealingaford devaſtatur 135,28 1006
Wealtham conflagrat 132,18 1001
Weardbyrigenſe caſtrum conſtruitur 104,10 915
Wecedport devaſtatur 126,1 987
Weoxtanus pugnat contra Æthelmundum 68,21 800
occiditur 68,26 800
Weſſien caſtellum tenetur contra R. Stephanum 238,6 1135
Weſtmonaſterii Eccleſia conſecratur 171,43 1066
aula ædificatur 206,9 1097
Synodus celebratur 210,37 1102
Weſtmoringaland devaſtatur à Thoredo 121,8 966
Weſt-Saxones. v. Occidental.Saxon.
Weſt-Wallia. v.Occidentalis Wallia.
Wido fit S. Auguſtini Abbas 179,30 1087
iſtius Eccleſiæ Monachi eum rejiciunt 179,36 1087
turbæ de ejus præſentatione 179,39 1087
ei Monachi inſidias ſtruunt 180,13 1087
180,20 1088
Wigbrihtus, Ep. Weſt-Saxonum, it Romam 69,30 812
Wigenus Ep. moritur 72,23 833
Wigerceaſter contra rebelles propugnatur à Wulfſtano 193,35 1087
Wigerceaſterſcire devaſtatur 193,27 1087
Wigheardus Romam conſecrationis cauſa proficiſcitur 40,12 667
Wight—— v. Wiht——
Wigingameræ caſtellum conſtruitur 107,16 921
à Danis obſidetur 108,4 921
Wiglafus fit Rex Merciorum 71,11 825
ab Ecgberhto expulſus reſtituitur 71,34 828
Wiht. v. Vecta.
Wihtburgæ corpus incorruptum reperitur 68,13 799
Wihtgarus una cum Stufo venit in Britanniam 18,8 514
vincit Britannos 18,11 514
moritur 19,14 544
Wihtredus fit Cantii Rex 48,6 694
ejus genealogia 48,8
indicit Concilium apud Baccanceld. 48,10 694
ejus decreta de Eccleſiis Cantianis 48,20
moritur 52,17 725
Wilfridus I. conſecratur in Archiep. Ebor. 40,8 664
Romam mittitur ab Æthelredo Rege 41,24
privatur Archiepiſcopatu 44,23 678
moritur 50,17 709
Wilfridus II. fit Archiep.Ebor. 46,8
moritur 55,23 744
Willelm.I.fit Normann.Dux 111,15 928
Willelmus II. fit Normanniæ Dux 154,5 1031
ſubjugat Cynomanniam 170,37 1062
ſuperat prælio Haroldum 172,27 1066
conſecratur in Reg.Angliæ 172,35 1066
terras Anglis vendit 172,38 1066
Brando Abbati de Burh iraſcitur 173,14 1066
ei culpam condonat 173,25 1066
transfretat 173,33 1067
incendit Eboracum 174,12 1068
populatur Northymbriam 174,34 1069
cum Waltheofo fœdus firmat 176,8 1070
diruit Angliæ Monaſteria 176,10 1070
cum Swegeno fœdus firmat 177,33 1070
ſubjicit ſibi Scotiam 181,22 1072
ſubjugat Cynomanniam 182,1 1073
transfretat 182,10 1074
inſidiatores debellat 183,6 1075
obſidet caſtellum Dol 183,33 1076
fœdus ferit cum Francorum Rege 183,40 1077
pugnat contra fil. ſuum Rotbertum 184,12 1079
ducit exercitum in Walliã 184,25 1081
terrarum per Angliam catalogum conficit 186,29 1085
transfretat in Normanniam 187,17 1085
ejus tyrannis 187,20
ejus in terris elocandis injuſtitia 188,24

invadit fines Regis Francorum	p.188, l.46	1086
morитur	189,12	1086
ubi ſepelitur	189,15	
ejus teſtamentum	189,24	
ejus vitæ ratio	189,30	
ejus imperium	190,36	
Willelmus fit Ep. Lunden	165,7	1048
Willelmus fit Ep. Dunholm	179,14	1080
Willelmus fit Ep. Elmhamenſis	179,23	
	186,26	1085
Willelmus II. Angliæ Rex	192,16	1086
diſtribuit Eccleſiis nummos ob patris animam	192,28	1086
ab eo plurimi ſubditorum deficiunt	192,42	1087
eos debellat	194,10	1087
exagitat fratr. Rodbeardum	196,6	1090
tranſit in Normanniam	196,39	1091
fœdus facit cum fratre	196,41	1091
fœdus facit cum Melcolm R.	197,43	1091
reſtaurat Carleolum	198,20	1092
morbo corripitur	198,30	1093
ei cum Melcolmo ortæ diſcordiæ	199,4	1093
transfretat	200,18	1094
per Normann. prædas agit	200,36	1094
redit in Angliam	201,43	1095
copias ducit adverſus Northymbriæ Comitem	202,25	1095
Tinemutham expugnat	202,31	1095
copias ducit in Walliam	202,49	1095
expugnat Bebbanburh	203,15	1095
emit Normanniam à fratre	204,26	1096
redit in Angliam	205,1	1097
ducit exercitum in Walliã	205,9	1097
tranſit in Normanniam	205,40	1097
Cynomanniam ſubjugat	207,7	1099
Sagitta occiditur	207,25	1100
ejus mores	207,31	
Willelmus de Ou ſuperatur ſimplici prælio	204,4	1096
oculis ac teſticulis privatur	204,9	1096
Willelm de Aldari ſuſpenditur	204,11	1096
Willelmus Giffard fit Epiſc. Winton.	208,18	1100
exulat	211,8	1103
moritur	234,25	1129
Willelmus de Moretonn à Rege Henr. I. deficit	212,19	1104
Regis terras in Normannia vexat	212,46	1105
prehenditur	214,15	1106
Willelmus Criſpin in prælio contra Henricum I. fugatur	214,18	1106
terris privatur	217,10	1112
Willelmus Mallet terris privatur	216,19	1110
Willelmus Bainart terris privatur	216,19	1110
Willelmo, Henrici I. filio, Normanni jurant	218,42	1115
ducit uxorem filiam Comitis de Angeou	221,26	1119
aquis demergitur	222,19	1120
Willelmus de Curboil fit Archiep. Cant.	225,10	1123
conſecratur	225,29	1123
it Romam	225,37	1123
ægre Pallium adipiſcitur	226,3	1123
it Romam cum Joanne de Creme	229,30	1125
indicit Synodum Londini	233,48	1129
moritur	241,26	1140
Willelmus de Romare à Rege Henrico deficit	226,39	1123
Willelmus, Rodberti fil. bellum gerit adverſus Henricum R.	227,36	
fit Flandriæ Comes	230,49	1127
duæ ejus uxores quæ	231,4	
vulneratur	232,47	1128
in S. Berhtini Monaſterio moritur	232,48	1128
Willelmus de Waltuile fit Abbas de Burh	244,18	1154
Willelmus de Romare tenet caſtellum de Lincoln contra Stephanum R.	241,36	
Wiltun diripitur	133,28	1003
Wina fit Ep. Winton.	39,10	660
Winburnenſe monaſterium conſtruitur	51,25	
Wintanceſtriæ Vetus Monaſterium conſtruitur	31,26	
duæ Abbatiæ conſtruuntur	117,32	
Synodus celebratur	178,31	1071
	179,4	1075
oppidum tenetur à Regis Stephani hoſtibus	242,6	
expugnatur	242,16	

Witha Longobardis præficitur	*p.*89, *l.*24	887
Withami caſtell. conſtruitur	103,34	913
Wocing Monaſterium datur Eccleſiæ Medeſhamſtedenſi	62,6	
Worrus Præf. moritur	68,20	800
Wulfeah excæcatur	135,2	1006
Wulfgarus fit Abbas de Abbandune	126,13	989
moritur	150,36	1016
Wulfgeatus honore privatur	135,1	1006
Wulfheardus Danos vincit	73,16	837
moritur	73,19	837
Wulfheardus occiditur	99,4	897
Wulfhelmus fit Archiep.Cant.	111,7	925
it Romam	111,13	927
Wulfherus fit Merciorum Rex	34,5	656
chartam concedit Eccleſiæ Medeſhamſtedenſi	34,6	
prælio ſuperatur à Cenwallo	39,14	661
devaſtat Vectam Inſulam	39,19	661
pugnat contra Æſcwinum	41,20	675
moritur	41,22	675
Wulfherus Ep. moritur	92,10	893
Wulfherus interficitur	131,10	1001
Wulfnothus deficit à Rege Æthelredo	137,12	1009
Wulfredus fit Archiep. Cant.	69,3	803
accipit Pallium	69,6	804
it Romam	69,29	812
revertitur	69,34	813
moritur	72,6	829
Wulfredus Dux moritur	97,34	
Wulfricus moritur	99,21	897
Wulfricus occiditur	139,20	1010
Wulfricus fit Abb.S.Auguſtini	158,5	1043
moritur	170,27	1061
Wulfſtanus Diaconus moritur	117,22	963
Wulſigus Abbas occiditur	150,10	1016
Wulſtanus I. Archiep. Ebor. moritur	115,37	956
Wulſtanus II. Archiep. Ebor. moritur	152,27	1023
Wulſtanus Ep. Wigorn. mittitur Eboracum ad conſecrandum Orcadum Epiſcopum	179,10	1076
propugnat Wigorniam contra rebelles	193,35	1087
Wulſtcetelus, Abbas Crulandenſis, privatur Abbatia	179,22	1085
Wulfwoldus, Abbas Ceorteſigenſis, moritur	185,35	1084
Wyrtgeorn. v. Vortigernus.		
Y.		
Ymma. v. Ælfgifa.		*A. D.*
Yricus fit Northymbrorum Rex	*p.*115, *l.*24	952
regno privatur	115,27	954
Yricus fit Comes Northymbrorum	148,3	1016
Northymbriæ præficitur	151,2	1017
Yrlingus una cum Lotheno oras Angliæ maritimas vaſtat	158,33	1046
Yſopa Dux interficitur	101,29	905

FINIS.

REGULÆ
AD INVESTIGANDAS
NOMINUM LOCORUM
ORIGINES.

NOMINUM
Locorum & Virorum
IN HOC CHRONICO MEMORATORUM,
EXPLICATIO.

ALPHABETUM

Anglo-Saxon. fig.	pot.	fig.	pot.	Gothicum. fig.	poteſtas.	
A	A	a	a	𐌰	a	
B	B	b	b	𐌱	b	
C	C	c	c	𐌲	g	
D	D	ꝺ	d	𐌳	d	
Ɛ	E	e	e	𐌴	e	
F	F	ꝼ	f	𐍆	f	
Ᵹ	G	ᵹ	g	𐌾		Reſpondet J conſono in Gall. *jour*, vel literæ y in Angl. your.
h	H	h	h	𐌷	h	
I	I	ı	i	ï & I	i.	
K	K	k	k	𐌺	k	
L	L	l	l	𐌻	l	
M	M	m	m	𐌼	m	
N	N	n	n	𐌽	n	
O	O	o	o	𐍉	o	
P	P	p	p	𐍀	p.	
R	R	ꞃ	r	𐌵		Sonat quandoque ut *q.* quandoque ut wh, Anglorum, vel quh Scotorum.
S	S	ꞅ	ſ	𐍂	r	
T	T	ꞇ	t	𐍃	ſ	
Ð Þ	TH	ð þ	th	𐌸	th	
U	U	u	u	𐍄	t	
Ƿ	W	ƿ	w	𐌿	u	
X	X	x	x	𐍈		In initio vocis valet *cw*; in medio fere *c*.
Y	Y	ẏ	y	𐍅	w	
Z	Z	z	z	𐍇	x	
				𐌶	z	

REGULÆ GENERALES

AD INVESTIGANDAS ORIGINES

NOMINUM LOCORUM.

Ab.

AB. in initiis nominum Locorum deducendum ſæpenumero eſt per contractionem ab Abbot, *Abbas*; & indicio eſt vel ibi Monaſterium antiquitus conſtitiſſe, vel ſaltem ad Abbatiam aliquam locum eum ſpectaſſe.

Ac. Ak.

Syllabæ initiales *ac. ak.* originem ducunt à *Sax.* ac, *quercus*, *robur*.

Ad. At.

Ad. at. in initio non videntur aliunde deduci quam à *S.* æt, *apud*, quod nominibus locorum præponere ſolebant Anglo-Saxones.

Al. Attle. Adle.

Syllabæ initiales *al. attle. adle.* contractæ videntur ex *Saxonico* æþel, *nobilis*, *egregius*. *Iſl.* adall, *nobilis proſapia*; edla & edal madur, *nobilis*, *generoſus*; ætl, *genus*, *ſtemma*, *ſtirps*; ut *Adleſton*, contracte pro *Ætheleſton*. Quod ſi Syllaba *ing* harum aliquam ſequatur, deducendæ ſunt à *S.* æþeling, *nobilis*, *ſplendidus*, *inclytus*, ut *Allington*, *Adlington*; quæ certe olim ſcribebantur *Ethelingatun*.

Al. Ald. Au.

Syllabæ *al. ald.* in initiis videtur profluxiſſe ab eald, *vetuſtus*, ut *Alborough*, *Alderley*, *Alderminſter*. Ejuſdem originis videntur eſſe plurima in *au* incipientia, *l* pro more Normannorum in *u* liquefacto, ut, *Auborn* antiquitus fortaſſe Aldburn, & *Aunton* in agro Wigornienſi ſcribitur etiam hodie *Aldington*.

Al. Hal.

Syllabæ *al. hal.* profluunt à *Sax.* healle, *aula*, *palatium*. *G.* 𐌰𐌻𐌷, *templum*; item *prætorium*, *baſilica*, vel *aliud quodvis illuſtre ædificium*.

Ask. Ash. As.

Syllabæ initiales *ask. ash. as.* proveniunt à *S.* æſc, *fraxinus*. *Iſl.* askur, *fraxinus*, ſive generaliter *omnis arbor*.

Bam. Beam.

Bam. beam. indicant fere locum iſtum cui præponuntur *ſylveſtrem* fuiſſe: à *S.* beam, *trabs*, *ſtipes*.

Barrow.

Barrow ſive terminale, ſive per ſe poſitum, deducitur à *S.* bearwe, bearuwe, *nemus*, *lucus*. Nec, mea quidem opinione, aliunde petenda eſt Syllaba initialis *bar*, in *Barton*, &c. contracte pro *Barrowton*. Quod ſi nonnulla hujus appellationis oppida arboribus hodie ſint penitus nudata, animadvertendum eſt ſylvas amplas, & olim & intra hanc etiam memoriam in agros, incolarum diligentia, converſas fuiſſe. Sin vero malit quiſpiam à *Sax.* bar, *aper*, vel à bare, *nudus*, ſyllabam hanc deducere, nihil repugno. *Barton* etiam, nec fortaſſe incommode, deduci poteſt à *Sax.* bere *hordeum*, & tun *oppidum*; quo modo *barn* videtur profluxiſſe à bere *hordeum*, & erne *caſa*, *domus*.

Brad.

Brad in initio nominum locorum ſignificat *latus*, *ſpatioſus*, *vaſtus*: à *Sax.* brad, *Goth.* 𐌱𐍂𐌰𐌹𐌳, *latus*.

Brig. Brix.

Brig (ut etiam fortaſſe *brix* in *Brixworth*, *Brixtoke*) profluit à *Sax.* bricg, *pons*; Anglis Borealibus a brigge; ſed Auſtralibus, qui verba delicatius nimirum efferunt, a bridge.

Brun. Bran. Brown. Bourn. Burn.

Per Syllabas *brun. bran. brown. bourn. burn.* ſive in initio ſive in fine nominum locorum

ſluvius deſignatur: à *Sax.* boꞃn. bouꞃn. bꞃunna. buꞃna. *Goth.* BRUNNA. *Iſl.* brunnur, *fons.* at brunna, *adaquare.* brynning, *adaquatio.* *Bran* autem idem plane ſignificare ac *burn*, perſpicuum eſt ex chartis quibuſdam MSS. Cl. *Henr. Spelmanni*, quæ vocant Leofricum filium Herewardi, Leofricum de *Burne*, alias de *Brane.* Idem de *brun* & *braun* confirmant *Brunburh* in agro Ceſtrienſi ad ripam fluminis Merſeii, & *Braunſton* in agro Rutlandenſi ad ripam etiam fluminis ſitum.

Bur. Bour. Bor.

Syllabæ *bur. bour. bor.* in initiis nominum Locorum, deducendæ ſunt à *Sax.* buꞃ, *conclave.*

Burrow. Burh. Burg.

Syllabæ terminales *burrow. burh. burg.* &c. deducuntur à *S.* buꞃᵹ. býꞃiᵹ. G. BAURGS. *Iſl.* borg, *urbs, civitas, arx, caſtrum, burgus, municipium, oppidum.* Hæc autem, mea quidem ſententia, defluxerunt à beoꞃᵹ. *Goth.* BAIRG. *Iſl.* biarg, berg, *rupes, ſaxum.* bærg, *juvo.* biarga, *opitulari*: oppida enim ſolebant antiquitus in locis eminentioribus ædificari. Unde eſt quod noſtræ gentis Hiſtoriæ produnt, plurima per Angliam oppida inſignia, quæ in vallibus hodie conſiſtunt, primum ſuper montes fuiſſe conſtructa; incolas autem aquarum inopia coactos in loca inferiora deſcendiſſe. De Britannorum oppidis idem affirmant *Cæſar* & *Tacitus.*

Bye. Bee.

Syllabæ finales *bye. bee.* fluxerunt à *Sax.* bý. býınᵹ. *Iſl.* by, *habitatio.* *S.* býan. *Goth.* BAUAN. *Iſl.* bua, *habitare.*

Car. Char.

Syllaba initialis *car.* deducitur à Britannico *caer* urbs, civitas. Id quod in primis ſuadent quamplurima ejuſmodi nomina apud Cornwallos & Anglos Boreales, quas quidem ſedes Britanni omnium diutiſſime tuebantur. Ejuſdem plane originis exiſtimo eſſe Syllabam initialem *char.* litera (*h*) poſtpoſita literæ (*c*) ad morem Normannorum.

Caſter. Cheſter.

Terminationes *caſter. cheſter.* &c. ortæ ſunt à *S.* ceaꞅꞇeꞃ, *urbs, civitas, oppidum, caſtrum, caſtellum.* Verſteganus ac poſt illum Somnerus opinantur ceaꞅꞇeꞃ non eſſe vocabulum pure Saxonicum, & quo uſi ſunt Germani ante ſuum in Angliam adventum, ſed Romanæ originis, ſcil. à *caſtrum.* Conjectura primo certe intuitu veriſimilis; ſed in qua me plane confirmavit Burtoni Itinerarium, ubi adnotatum eſt, ejuſmodi ſolum locis adjectas eſſe terminationes *cheſter. ceaſter. caſter.* &c. in quibus *caſtra* Romani olim conſtruxerant.

Burtoni Itinerar.

Chip. Cheap. Chipping.

Chip. cheap. chipping. &c. teſtantur oppidum tunc cum nomen ei erat inditum, fuiſſe mercatorium: à *Sax.* cýppan, ceapan. *Iſl.* ad kaupa, *emere, vendere, mercaturam facere*; poſt (*c*) poſita litera (*h.*) ut *Chipnham* contracte pro *Chippenham*: *Chipping Wiccomb*, *Chipping Norton*, *Chipping Camden*, *Chipping Sodbury*: & **Cheap-ſide** vicus ille præclarus Londinenſis. Eandem originem agnoſcere videntur Suedorum ac Danorum oppida in *copen* exeuntia; ut *Ny copen*, i.e. **new market**: ita etiam *Norcopen*, *Lincopen*, *Jencopen.* Hinc item (ut id obiter moneam) *chop* in phraſi iſta ſatis vulgari **to chop and change**; & fortaſſe *ſhop*, officina.

Cliff. Clive.

Syllabæ *cliff. clive.* ſive in initio ſive in fine ſignificant *clivum, rupem.* à *Sax.* clıꝼ, idem.

Cloe. Clow.

Syllabæ *cloe. clow.* deducuntur à *S.* clouᵹh *rima, fiſſura ad clivum montis.* Quo quidem, opinor, ſenſu Boreales hodie dicunt **a ſlough.**

Comb. Comp.

Comb. in fine, & *comp.* in initio nominum Locorum videntur indicare *ſitum* loci *depreſſiorem*; à Brit. *kum*, quod idem ſignificat. Non aliunde autem quam ex Britannico petendam eſſe harum Syllabarum originem, ſuadent quamplurima ejus generis nomina oppidorum apud Cornwallos & Devonienſes, quo ſedibus exutos Britannos ſalutis cauſſa confugiſſe norunt omnes.

Cot. Cote. Coat.

Syllabæ *cot. cote. coat.* ſive in initio nominum Locorum, ſive in fine, *domunculam, caſam, tugurium* ſignificant; à *Sax.* coꞇ, *caſa*: unde coꞇ-ꞅæꞇa, *caſæ habitator*; & apud Boreales **a ſheep-coat**, ovile.

Crag.

Crag.

Crag. ſive in initio ſive in fine *rupem præruptam & eminentem* ſignificat, eſtque Britannicæ originis: Britannis enim *crag* eodem ſenſu uſurpatur. Hoc autem adnotatum in gratiam præſertim noſtratium, apud quos loca plurima (nec ſcio an alibi ulla) hujus tum initii tum terminationis reperiuntur.

Den.

Nominibus Locorum adjecta erat Syllaba *den*, quòd ſive in vallibus ſive in ſylvis ea erant ſita; *Saxonicum* enim ben ſignificat tum *vallem* tum *locum ſylveſtrem.* Hinc autem (ut obſervavit Cl. Somnerus) tot ſunt hujus terminationis Locorum nomina in ſaltu Cantiano; *Tenterden, Biddenden, Bennenden, Marden, Smarden*, &c. Saltus enim iſte olim incultus porcis glande querna ſaginandis erat præcipue deſignatus.

Der.

Quæ habent in initio *der.* ea loca antiquitus fuiſſe *ferarum* ſaltus tuto opinari licet; à *Sax.* beon, *fera.* Niſi celebri alicui fluvio adſideant; illa enim fortaſſe veriſimilius deduci poſſunt à Brit. *dur*, aqua.

Er.

Syllaba *er.* in medio nominum Locorum contracta eſt ex *S.* para, *habitatores, incolæ*; quod enim oppidum nos hodie dicimus *Canterbury*, Saxones vocarunt Cant-para-buph. Ejuſdem originis videtur eſſe terminale *er.* incolam cujuſvis loci deſignans, ut, quos hodie dicimus *Londoners*, Saxones appellarunt Lunden-papa; *Marshers* (i. e. *paludum incolæ*) Merſc-papa. Niſi quis malit hanc terminationem deducere à pep. *Goth.* ѴΛΙΚ, *vir*; ut, *Lundenwer* contracte *Lundener, Londoner.*

Erne.

Syllabæ finales *erne. eron.* deducuntur à *Saxonico* epn. eapn. *caſa, locus ſecretior.* Hinc (ut id obiter adnotem) perſpici ſatis poteſt quam injuſte accuſantur noſtrates, tanquam Linguæ Anglicanæ rudes & imperiti: vocant illi vaſculum iſtud in quo atramentum ponimus *an ink-ern.* Omnino recte. Auſtrales autem, Linguæ nimirum noſtræ reformatores, vocant an ink-horn; & qui aliter, i. e. recte, vocabulum ſive efferunt ſive ſcribunt, ludibrio habentur.

Eye. Ea. Ee.

Syllabæ finales *eye. ea. ee.* ſunt in triplici differentia. Vel enim profluunt 1. à *Sax.* ıᵹ *inſula* (liquefacto quod vulgo fit ᵹ in *y.*) ut *Ramſey, Merſey.* (Unde perſpicuum eſt in ταυτολογίαν incidere hujus ævi homines, cum dicunt *Ramſey iſland, Merſey iſland, Iſle of Jerſey*, &c. ſi quidem litera terminalis (*y*) idem ſignificat ac noſtrum *iſland.*) Vel 2. à *S.* ea, *aqua, flumen, fluvius, amnis, torrens, rivus.* Vel 3. à leaᵹ, *campus*, de quo infra in terminatione *Ley.*

Flet. Fleot. Flot.

Syllabæ *flet. fleot. flot.* in nominibus Locorum triplicem habent ſenſum pro triplici ſignificatione vocabuli *Saxonici* ꝼleot unde ſuam originem traxerunt. Illud autem ſignificat 1. *æſtuarium*, 2. *gurgitem*, 3. *ſinum.* Secunda vocis ſignificatione uſi ſunt qui canalem iſtum Lundenenſem the fleet appellarunt. Quæ vocabuli acceptatio vocibus hujus terminationis tribuenda ſit, docebit loci natura; ſin ea nulli trium reſpondeat, terminatio fortaſſe non incommode deduci poteſt à *Sax.* ꝼlet, *area, caſa, domus.*

Gate.

Gate in Locorum nominibus ſignificat *viam, ſemitam*; in quo ſenſu apud Boreales vox etiamnum uſurpatur; Auſtralibus autem ſignificat *januam, portam. Iſl.* gata eſt *via.*

Grave.

Grave Syllaba terminalis (ut in *Nsrgrave, Sowgrave, Notgrave*) profluit à *S.* ᵹpæꝼ, *lucus, dumetum.* Item *ſpelunca, cavea. Goth.* ΓΚΛΒΛΝ eſt *fodere. Alam.* greban. *Iſl.* grafa. Ejuſdem eſſe originis videtur *grave* in cognominibus: niſi ad illuſtrem aliquam & antiquam familiam pertineat, quod ſi conſtet, non inepte dici poteſt contractum eſſe ex ᵹepeꝼa, *Comes, Præſes, Præpoſitus*; quo ſenſu *Haſſiæ* Præfectus hodie vocatur the Landgrave of Heſſe.

Ham.

Ham, ſive initiale ſive terminale, profluit à *Sax.* ham, *domus, prædium, villa*; Boreal. heam; Auſtralibus home.

Holme. Howme.

Syllabæ *holme. howme.* ſive per ſe poſitæ, (plurima enim per Angliam loca, præſertim

apud Boreales ſimpliciter vocantur **the Holmes**) ſive cum alio conjunctæ, ut *Step-holme, Flatholme*; deſignant *planitiem herbidam inſularem*, ſive in genere *quemvis locum aquis circumfuſum*: à *Sax.* holm, *inſula amnica. Iſl.* **hollmur**, *inſula parva.* Quod ſi quædam hujus appellationis loca ejuſmodi ſitûs non ſint, iis fortaſſe ſatis apte tribui poteſt alia vocis ſignificatio, nempe, *collis*, *mons*, *clivus*.

Holt.

Syllaba *holt.* ſive initialis, ut *Holton*, ſive terminalis, ut *Cherry-holt*, *Apple-holt*, *Buck-holt*, certum indicium eſt locum antiquitus ſaltem ſylvis abundaſſe; à *Sax.* holꞇ, *ſylva. Iſl.* **holt**, *terra aſpera & ſterilis.* Niſi forte Syllaba initialis, ut in *Holton*, nonnunquam deducenda ſit à *Sax.* hol. *Iſl.* **hol**, *cavus, caverna.*

Hyrſt. Hurſt. Herſt.

Syllabæ *hyrſt. hurſt. herſt.* proveniunt à *Sax.* hẏꞃꞅꞇ, *ſylva*, *ſaltus*. Hoc autem adnotatum præſertim in gratiam Cantianorum, Suſſexienſium, & Hamtunenſium; apud quos pleraque ſunt hujus terminationis loca. Nec plane mirum, ſi quidem ampla ea ſylva, Anꝺꞃeꝺeꞅƿealꝺ à *Saxonibus* dicta, per hos Comitatus extendebatur.

How. Hough.

Initiales Syllabæ *how. hough.* videntur indicare loci *ſitum demiſſiorem.* In hoc certe ſenſu noſtrates utuntur vocabulo *how*, ut, **How-gate**, *via demiſſa*, hominum ſcil. ſive equorum pedibus, ſive etiam curris multum trita. Videtur deduci à *Saxonico* heah, *altus.* Crediderim ego non aliunde petendam eſſe originem vocis *Holland* in Anglia & Germania, quaſi dixeris *How-land.* Majorem certe veritatis ſpeciem præ ſe fert hæc con-
Butleri Συνον. jectura, quàm *Butleri* iſta, à *Sax.* holꞇ *ſylva* & lanꝺ *terra*, cui quidem neutrius loci natura, niſi forte per Antiphraſin, reſpondet, cum ſint ſylvarum omnino indiga.

Inge.

Inge in nominibus locorum deſignat *pratum*; à *S.* inᵹ. *Iſl.* **cinge**, *pratum*; *Goth.* 𐍅𐌹𐌽𐌲𐌰 eſt *paſcuum*; & (ut obſervavit Cl. *Hickeſius*) panᵹ vel ponᵹ Cædmoni eſt *campus. Prata* apud A.Bor. hodie dicuntur **the Inges.**

Lade. Lode.

Lade, *lode*, ſignificant *oſtium fluvii*, & nonnunquam *trajectum*; (ut *Creklade*, *Lechlade*, *Framlade*, &c.) & proveniunt à *S.* laꝺe, *purgatio*; laꝺian, *purgare*, *exonerare*; aquæ ſcil. ibi ſe ſive in mare ſive in majora quædam flumina exonerando, purgantur. Idcirco autem videtur Syllaba hæc eſſe *vadorum* nominibus adjecta, quod impetu fluviorum *purgatæ* aquæ, ibi fere ſereniores conſpiciuntur.

Ley. Lee. Leg. Lay.

Syllabæ *ley. lee. leg. lay.* &c. ſive initiales ſive finales, proveniunt à *Saxonico* leaᵹ, *campus*, *paſcuum*; litera (ᵹ) liquefacta.

Lowe. Loe.

Finales Syllabæ *lowe. loe.* deducuntur à *Sax.* hlæƿe ſeu hleaƿ, *agger*, *tumulus*, *acervus*: ut *Hundſloe*, canum collis, ſive collis venationibus aptus. *Goth.* 𐌷𐌻𐌰𐌹𐍅 eſt *monumentum*; terra ſcilicet aggeſta, pro ritu antiquo ſepeliendi defunctorum corpora. Compluribus hujus terminationis nominibus *hill* adjici paullatim cœpit, ut Linguæ *Saxonicæ* crevit imperitia.

Marsh. Mars. Mas.

Syllabæ *marsh. mars. mas.* profluunt à *Sax.* meꞃꞅc, *palus*, *locus paluſtris* vel *paludoſus*.

Mer. Mere.

Mer. mere. in nominibus Locorum, ſive in principio, ſive in medio, ſive in fine, *locum paludoſum* deſignant; à *Sax.* meꞃe, *palus*, *ſtagnum*, *lacus*. Unde in agro Cantabrigienſi, Lincolnienſi *&c.* reperiuntur loca quamplurima in *mere* exeuntia.

Over.

Over, ſive in initio, ſive in fine nominum Locorum, ſitum loci ad ripam alicujus fluminis fere indicat; à *Sax.* oꝼeꞃ, oꝼꞃe, *margo*, *ripa*; ut *Brownſover* in agro Warwicenſi, i. e. *ripa fluminis*: *Over* agri Gloceſtrenſis oppidum ad ripam Sabrinæ. Sin vero oppidum aliquod ſit vicinum, cui præponitur *nether*, deducendum eſt illud *over* à *S.* uꝼeꞃ. *G.* 𐌿𐍆𐌰𐍂, *ſuper*, *ſuperior*; ut *nether* à niðeꞃ, *deorſum*, *infra*.

Preſt. Pres.

Preſt. Pres. Syllabæ initiales, (ut in *Preſton*, *Presbury*, &c.) deductæ eſſe videntur à *Sax.* pꞃeoꞅꞇ,

pꞃeoſt, *presbyter*, *ſacerdos*; rejecta litera o, quod plerumque fit, facilioris pronuntiationis cauſa. Ita quod olim ſcribebatur Deoꞃabẏ, hodie vocatur *Derby*; quod olim Ƿeolud hodie *Weland*.

Rig. Ridge.

Rig, ridge, Syllabæ terminales, (ut in *Lindridge*, *Cotheridge*, *Waldridge*) videntur deſignare *montem arcuatum*, & deduci à *Sax.* hꞃicȝe. *Iſl.* hriggur, *dorſum*; Anglis Auſtr. ridge, Bor. rigg, ut, the more rigg, i.e. *montis jugum*.

Sel.

Sel denotat magnitudinem iſtius rei cui apponitur, ut, *Seltun*, i.e. *magnum oppidum*. In hanc autem præcipue perductus ſum ſententiam, quòd inſignem eam ſylvam agri Sumurſætenſis, vulgo hodie *Selwood*, antiquitus Sealpudu dictam, Aſſerius interpretatur *magnam ſylvam*: ſel etiam *Saxonicum* eſt *bonus*, *bene*, *ſatis*.

Shore.

Terminatio *shore* deducitur à Genitivo *Anglo-Saxonum* eſ & oꞃa, *ora*: ut *Cerdickshore* Saxonice eſt Ceꞃdiceſ-oꞃa. Etſi enim non ignorem, ſcoꞃe apud Saxonas *littus* ſignificare, mallem tamen à Genitivo eſ & oꞃa terminationem hanc derivare, quod nunquam obſervarim uſurpari ſcoꞃe ad deſignandum loci cujuſvis nomen.

Stead. Sted.

Syllabæ terminales *ſtead*. *ſted*. proveniunt à *S.* ſteđ. ſtẏđ. *G.* STAѰS. STAÐS. *Iſl.* ſtadur, *locus*. Excipienda tamen ſunt oppida fluviorum ripis adſidentia, ac portus, qui aptius fortaſſe deduci poſſunt à *Saxonico* ſtæðe, *ripa*, *littus*, *ſtatio navium*, *portus*. Unde *Houden ſtathes* in agro Eboracenſi; & (ut obſervatum à Cl. Somnero) in portu Hithenſi locus ille in quem naves appelluntur dicitur the Stade.

Stoke. Stoak.

Syllabæ *ſtoke*. *ſtoak*. compluribus Locorum nominibus adjectæ, profluunt fortaſſe à *S.* ſtocce, *truncus*, *caudex*, *ſtipes*.

Stowe. Stoe.

Syllabæ *ſtowe*. *ſtoe*. ſive ſimpliciter, ſive in fine nominum Locorum, deducendæ ſunt à *S.* ſtop, *locus*; ut *Godſtowe*, locus Deo dicatus.

Thorp. Throp. Threp. Trep. Trop.

Syllabæ *thorp*. *threp*. *throp*. ſive initiales ſint ſive terminales, derivantur à *Saxonico* þoꞃpe, *villa*, *vicus*. Ejuſdem originis videntur eſſe terminationes *trep*, *trop*; ut *Adlestrop* contractum, opinor, eſt, cauſa εὐφωνίας ex *Adleſthorp*.

Tun. Ton.

Tun. *ton*. in fine nominum Locorum, deducenda ſunt à *Sax.* tun, *ſepes*, *vallum*; & in tranſlatione *villa*, *vicus*, *oppidum*, *prædium*, *habitaculum*. Hoc autem, ni fallor, à dun, *mons*; quod oppida antiquitus in montibus fere ædificarunt; & quæ in *tun*. *ton*. hodie exeunt, *Saxonice* plerumque terminantur in dun.

Weald. Wald. Walt.

Syllabæ *weald*. *wald*. *walt*. ſive per ſe poſitæ, ſive in initio nominum Locorum, ſignificant *ſylvam*, *ſaltum*, *nemus*, à pealđ idem. Nec dubium eſt quin loca iſtius appellationis, tunc ſaltem cum ea nomina iis indita erant, *ſylvis* abundarint.

Werth. Weorth. Wyrth.

Syllabæ *werth*. *weorth*. *wyrth*. ſive initiales ſive finales, profluunt à *S.* peoꞃðiȝ, *prædium*, *platea*, *curia*, *villa*.

Wic. Wich.

Terminationes *wic*. *wich*. ut in *Dunwich*, *Harwich*, in triplici ſunt differentia pro triplici ſignificatione vocabuli *Saxonici* pic, unde deducuntur. Denotat autem illud 1. *Vicum*. 2. *Sinum*, *ripam*, vel *littus incurvum*. 3. *Caſtellum*, *propugnaculum*. *G.* ѴEIhS eſt *caſtellum*, *vicus*. Quo verò ſenſu vox hæc nominibus in *wic* vel *wich* exeuntibus tribuenda ſit, non aliter cognoſci poteſt, quam ex ejus loci natura, cujus originem inveſtigamus.

Win.

Syllaba *win* in initio nominum Locorum videtur indicare, in illis inſigne aliquod prælium fuiſſe commiſſum, aut victoriam partam: *Saxonicum* enim pin eſt *prælium*, pinnan *contendere*, *ſuperare*.

Wis.

Wis ſitum loci Occidentalem deſignat; eodem modo quo dicimus *Wiſegothi*, i.e. Occidentales Gothi.

Wold.

Wold.

Wold ſive per ſe poſitum, (plurima enim loca vocantur **the woulds, the woulds**) ſive cum alio conjunctum, loci *planitiem* exprimit; à *Sax.* polð, *locus indigus ſylvæ, planities.*

Wyrt. Wert. Wyrd.

Syllabæ *wyrt. wert. wyrd.* profluunt à *Sax.* pẏꞃꞇ, *herba, olus, aroma.* Unde (ut id obiter moneam) fortaſſe hodiernum **root**, quod fortaſſe rectius ſcribendum **wrote.**

¶ Notandum eſt in genere quamplurima eſſe Locorum nomina, quorum pars poſterior eſt plane *Saxonica*, ut *burh*, *ley*, *bye*, &c. in quorum tamen parte priore nulla veſtigia deprehenduntur Linguæ, ſive *Saxonicæ*, ſive *Gothicæ*, ſive *Iſlandicæ*; nec alibi quærenda ſunt quam inter antiqua eis indita nomina vel à Britannis, vel à Romanis.

NOMI-

NOMINUM LOCORUM
QUÆ
In CHRONICO SAXONICO memorantur,
EXPLICATIO.

Literæ, quæ in hoc Gloſſario Hiſtoricorum nomina deſignant.

B. *Beda*		720	H. *Haguſtaldenſis Prior, Joannes*		
Al. *Alfredus M.*		890	R. *Ricardus, Prior Haguſtald.*		1180
Aſ. *Aſſerus*		900	G. *Gervaſius*		1184
Et. *Ethelwerdus*	1090	[redacted]	Hovd. *Hovdenus*		1200
I. *Ingulphus*	claruit	1109	B. *Bromtonus*	claruit	1204
F. *Florentius*	circa	1114	S. *Stubbes*	circa	1330
M. *Will. Malmesburienſ.*	Ann.	1140	W. *Matt. Weſtmonaſterienſ.*	Ann.	1360
Hunt. *Henr. Huntingdonienſ.*		1148	T. *Thorn.*		1377
D. *Sim. Dunelmenſis*		1164	K. *Knikton*		1380
E. *Ethelredus, Abbas Rievallis*		1166			1395

ABban-ꝺun. Abben-ꝺun. *p.* 124, *l.* 9. 125,31. 150,38. 151,22. 157, 20,34. 158,29. 161,32,33. 181, 20. 220,29. i.e. *Abbatiæ mons* ſive *oppidum*. *Abbandonia*, F. *Abbendune*, E. *Abbingdon*, B. *Abendon*, *Abyndon*, K. Nomen hoc paullatim induit, poſtquam Ciſſa, Occidentalium Saxonum Rex, Monaſterium ſive *Abbatiam* ibi conſtruxerat. Quo autem nomine antea vocabatur, non ita liquidò conſtat. Liber Ab-bandun. Vetuſtus Liber *Abbandunenſis*, quem laudat Cl. *Camdenus*, haud obſcure videtur indicare, dictum fuiſſe antiquitus Sheoveꞅham, mendoſe fortaſſe pro Cleoueꞅham. (vid. infra Cloꝼeꞅhou.) Hodie corrupte (ut quidem omnia fere, ſive locorum nomina, ſive quotidiani uſus vocabula,) **Abbington, Abbyndon**, in agro *Bercherienſi*.

Acce-manneꞅ ceaꞅꞇeꞃ. 121,25. *Acamanni civitas*, F. Sic dicta quaſi *urbs hominum ægrotantium*; à valetudinariorum ad thermas concurſu. Hodie **Bathe** in agro *Sumurſætenſi*.

Ac-lea. 63,16. 64,33. 75,3. *Aclech*. R. i. e. *Quercuum campus*. Per hoc nomen loca plane diverſa in noſtris Annalibus deſignantur. Æthelwulfi prælium cum Danis, anno DCCCLI. memoratum, non alibi commiſſum fuit, quam ubi hodie conſpicitur **Okeley**, in agri *Suthreienſis* parte *Suſſexienſi* contermina; alibi certe Concilia annis DCCLXXXII. & DCCLXXXIX. celebrabantur. Nec tamen ſcio qua in parte Angliæ locus iſte ſit quærendus. Miſſo enim quòd in ſingulis penè gentis hujus Provinciis iſtius appellationis loca reperiuntur; deſiderantur ea omnia quibus ad certam harum rerum cognitionem, tanquam filo, duci ſolemus. Altum quippe apud Hiſtoricos ſilentium de Rege qui Concilia indixit, de Epiſcopis qui interfuerunt, de Decretis, &c. Opinatur D. *Henr. Spelmannus* Concil. Tom. 1. p. 305. (quibus adductus argumentis, neſcio) locum hunc ſitum eſſe in Epiſcopatu *Dunholmenſi*, ubi duæ hodie iſtius nominis villæ reperiuntur, altera **Acle** ſimpliciter dicta, altera **Schole-Acle**.

Acꞅan-mẏnꞅꞇeꞃ. Æxan-mẏnꞅꞇeꞃ. 59,3. *Acſeminſter*, Hunt. Hodie **Axminſter** in agro *Devonienſi*; ita dictum quod ſitum eſt ad ripam fluminis *Axi*.

S. Æꝺmunꝺ. 206,25. 225,41. vid. S. Eaꝺmunꝺeꞅ bẏꞃiᵹ:.

Æðpiner clif. *p*. 60, *l*. 7. i. e. (vertente *Florentio*) *Edwini clivus*. De hujus loci ſitu non ultrà quicquam certi habeo, quam quod fuit in regno *Northymbrorum*; ubi tamen nulla (quod quidem ego ſcio) ejus nominis veſtigia apparent, niſi **Eggeclyffe** in agro *Dunholmenſi*, ad ripam fluminis **Tees**, nonnihil ejuſdem ſoni habeat. Crediderim certe hanc appellationem fuiſſe deſumptam ab *Edwino*, qui Regum *Northymbrenſium* primus fidem Chriſtianam amplectebatur. Illud enim ævum ſolenne habuit, locos omnes in quibus viri eminenter religioſi ceciderunt, eorundem nominibus inſignire. Quo certe caſu nomen ſuum ſortitum eſt **Oſweſtre** in agro *Salopienſi*; ita dictum, quòd ibi à Penda prælio ſuperatus, atque interfectus fuerit S. *Oſwaldus*. Locus autem pugnæ, in qua occiſus eſt *Edwinus*, vulgo ab Hiſtoricis vocatur *Hatfeld*; à Chronico noſtro Heðfelda, quod vide.

Ægeleſ-byrig. Ægleſ-byrig. Ægeleſburh. Ægleſburh. 22, 8. 107, 32. *Aelesbury*, Hunt. *Eilesberi*, W. Hodie **Ailesbury** in agro *Buckinghamenſi*.

Ægeleſ-ford. Ægeleſ-þrep. Ægeleſþræp. Ægleſ-þrep. 13, 20. 149, 32. *Eagelesford*, *Ægelesthrep*, F. *Ilesford* (al. *Eilesford*,) Hunt. Hodie **Ailesford** in agro *Cantiano*, ad ripam *Medweagi* fluminis.

Ægleſ-wurðe. 119, 7. Hodie **Eilesworth**, in agri *Northamtunenſis* hundreda *Naſſaburgh* dicta.

Ælfet-éé. Adelfet-éé. 60, 19. *In regione quæ dicitur Ælfete*, F. De hoc loco, præter meram appellationem, nihil apud Hiſtoricos dictum reperio: adeoque nulla nos ejus ſitum quærentes proſequuntur auxilia, niſi nominum ſimilitudo aliqua. Unum hoc fortaſſe conjectura aſſequi poſſumus, fuiſſe locum in regno *Northymbrorum*, quod ibi conſecratus eſt *Pyhtwinus* in Epiſcopum *Hwiternenſem*. Duo oppida ſunt in agro *Eboracenſi* **Adlingflet** dicta. Adjectum éé videtur teſtari locum hunc fuiſſe ſedem Epiſcopalem; ut in Lindiſfarna éé, Hagustaldeſ éé:.

Ælm. 36, 1. Oppidum in Inſula *Elienſi* prope **Wisbich**, hodie **Elm**.

Æſceſ-dun. 32, 17. 39, 16. 81, 5. 135, 30. *fraxini mons*, vertente Aſſerio. *Eaſceſdune*, F. D. *Eſcendun*, D. *Eſchedun*, *Easkeſdune*, Hov. *Aſſchedon*, B. *Æſſeſdune*, W. Hodie **Aſton** prope **Wallingford** in agro *Bercherienſi*. Illud enim oppidum majores noſtros Æſceſdune vocaſſe, perſpicuum eſt ex Anno MVI. horum Annalium, p. 135. l. 30. Sunt autem qui contendunt prælii locum, anno DCCCLXXI. memoratum, eundem eſſe qui hodiernus **Aſhendon** in agro *Buckinghamenſi*.

Æſc-tun. 119, 6. Oppidum hoc fuit in agro *Northamtunenſi*, &, ſi etiamnum ſuperſit, hodie vocatur **Aſhton**. Plura ſunt in iſto agro ejus appellationis loca; quis autem ex illis, an etiam alius vetuſtate fortaſſe deletus, is eſt cujus meminit noſtrum Chronicon, non auſim dicere.

Æſtfeld. 118, 37. Hodie **Eaſtfeild** in agro *Northamtunenſi*, ad primum circiter milliare à *Petroburgo*.

Æſtun. 36, 17. Plurium locorum nomen in agro *Northamtunenſi*. Is, cujus mentio fit in noſtris Annalibus, ſitus eſt ad Orientalem ripam fluvii **Weland**, & hodie **Easton** dicitur.

Ætefing-ſtoce. 129, 31. *Teauiſtoke*, *Taueſtoke*, F. *Taviſtoce*, D. *Taveſtok*, *Eſingcſtoche*, B. *Eſingeſtoche*, Hunt. *Thamſtoke*, *Thauiſtoke*, W. Hodie **Taveſtoke** in agro *Devonienſi*, ad ripam *Tavi* fluminis.

Æðandun. 85, 12. *Edendune*, Hunt. *Ethendune*, W. Hodie **Eddington** in agri *Wiltunenſis* parte Occidentali, prope **Weſtbury**.

Æðelbrihteſ minſter. 169, 26. S. *Æthelbrihtus* Orientalium Anglorum Rex, ab Offa Merciorum Rege inſidiis apud *Sutton* in agro *Herefordenſi* interfectus, clam in eodem agro apud *Marden* ſepelibatur. Inde corpus ejus à nobili quodam viro, nomine Brihtfrido, *Herefordiam* delatum eſt, atque ibi tumulatum; ſuper quod Milfridus, Merciorum Rex, egregia Martyris ſanctitate permotus, celebrem Eccleſiam conſtruxit, & S. *Æthelbrihto* dicavit.

Æðelhun-igland. 43, 29. i. e. *Æthelhuni Inſula*. Terræ portio quædam ab Æthelbrihto Eccleſiæ *Petroburgenſi* conceſſa, alio

alio certe nomine hodie appellata; nec enim ulla veſtigia antiqui nominis in iis partibus inveniuntur.

Æðelinʒa ðene. *p.* 131, *l.* 5. Hodie, opinor, **Alton**, in plaga Comitatus *Hamtunenſis Suſſexienſi* finitima. In hac autem ſum ſententia cùm quòd hujuſmodi antiquorum nominum contractiones ſunt uſitatiſſimæ, tum vero quod in noſtris Annalibus dicuntur *Hamtunenſes* Danis ibi hoſtiliter obviam veniſſe. Veriſimile enim eſt populum iſtum in Danos impetum tunc feciſſe, cùm ſui Comitatus limites attigerunt.

Æðelinʒa iʒʒe. 85,1,21. *Æthelingaeg*, Aſ. *Ethelingaeige*, F. *Adelingia*, M. *Ethelingeie*, Hunt. W. *Edelingeheie*, E. *Ethelyngheie*, B. i. e. *Nobilium inſula.* Hodie **Athelney** in agro *Sumurſætenſi.*

Afene. 33,2. Plurium fluviorum in Anglia nomen. Nec mirum, ſi (quod obſervavit Cl. *Camdenus*) *generali vocabulo omnia flumina Britannis* Avon *vocantur.* Is, cujus meminit noſtrum Chronicon, fontes aperit in agro *Wiltunenſi*, indeque ſeſe in agrum *Sumurſætenſem* recipiens, in ipſis agri iſtius limitibus, qua ſcil. *Glóceſtrenſi* adjungitur, ſe in *Sabrinam* exonerat. Hodie **Avon.**

Afene-muð. 105, 26. *Avonæ oſtium*; ubi ſeſe exonerat in *Sabrinam.* v. Afene :·

S. Albane. 219,16. 229,35. *Verolamium.* Locus S. *Albani* Martyris natalibus, ſeu potius martyrio celeberrimus; ubi circa annum ſalutis DCCXCIII. Offa Merciorum Rex monaſterium ampliſſimum in ejus memoriam conſtruxit, unde & oppidum hodie **S. Albans** vocatur, in agro *Hertfordenſi.*

Albemare. Albamar. 196,15. 241,10.

Albin. 203,35.

Alðeринʒle. 240,30. Hodie **Oldwinkle**, in Comitatu *Northamtunenſi.*

Alemannia. Alamanie. 64, 24. 242, 2. *Germania.*

Aluearnie. 211,1. *Alvernia.* Regio Galliæ perampla inter Borbonienſem, Lemovicenſem, & Ruthinenſem, Provincias, ubi *Arverni* populi. Hodie *l'Auvergne.*

Ambreſbyri. 128,9. *Ambresbury*, B. *Ambrasbury*, K. Hodie **Ambersbury** in agro *Wiltunenſi* prope *Stone-henge*: ab Aur. *Ambroſio. In monte Ambrii qui nunc vulgo Stanhenges.* Angl. Sacr. part. 2. p. 656.

Ancar-iʒ. 36,35. i. e. *Anachoritarum Inſula.* Hodie **Thorney Iſle** in agro *Cantabrigienſi.* Vide Hiſt. Petroburg. p. 5.

Anðefera. 129,7. *Andeafara*, D. *Andever*, K. Hodie **Andover** in agro *Hamtunenſi.*

Anðreð. Anðreðeſ-leaʒ. --leʒe. --leaʒa. 14,21. 57,1. 91,32. *Andredesleige*, Hunt. Saltus quidam in Auſtralibus *Cantii*, & Borealibus *Suſſexiæ* partibus. Antiquitus autem *immanis* ea Sylva (ſic enim fere ab Hiſtoricis vocatur) ab Auſtralibus *Cantii* partibus per *Suſſexiam* in *Hamtunenſem* Comitatum extendebatur; cujus amplitudinem deſcribunt noſtri Annales, an. DCCCXCIII. Ea pars quæ eſt in *Cantio* hodie vulgo dicitur **the Weald**, quod Saxonice ſignificat *ſylvam*, *ſaltum.* Vox deducenda eſt ab *Anderida*, Romanorum caſtro, de quo vide infra in Anðreðeſceaſter :·

Anðreðeſ ceaſter. 15,2. *Andredesceſter*, Hunt. *Urbs* vel *arx* quædam in vel prope *ſylvam Andred.* Romani, ut hanc oram contra Saxonas piratas tuerentur, numerum militum cum eorum Præfecto hic ſtatuerunt. Certum eſt interim nullum ſive oppidum ſivè caſtrum ejus nominis in Britannia hodie reperiri; adeo ut de ejus ſitu non una eſt omnium opinio. Plerique exiſtimant *Newenden*, oppidum ad ripam fluminis *Rhoteri*, quod *Cantium* à *Suſſexia* dividit, eundem habere ſitum quem olim *Anderida*; quam etiam partem amplexus eſt Cl. *Camdenus.* 1°, Quod incolæ vetuſtiſſimum illud eſſe oppidum ac portum aſſeverant. 2°, Quod ad *Andredesweald* (al. *Andredesleag* & *Andred*) cui nomen fecit, ſitum habet. 3°, Quod *Brittenden* i. e. *Britannorum vallem*, Saxones dixiſſe videntur; unde *Selbrittenden* toti centuriæ adjacenti nomen. Unde autem *Newenden?* Sub Edwardo I. fratres Carmelitæ è Carmelo Palæſtinæ recens profecti, hic Monaſteriolum poſuerunt, oppidumque ſtatim enatum eſt; quod, propter oppidum vetus dirutum, *Newenden*, i. e. *novum in valle oppidum*, dici cœpit. Caput hoc eſt ſententiæ *Camdenianæ.* Hanc autem conjecturam improbat

 probat

probat Cl. *Somnerus* in Tractatu ſuo MS. *de Romanis portubus ac Caſtris in Cantio* (quem mecum pro ſua humanitate communicavit *W. Kennettus*, ex Aula S. *Edmundi* A. M. rei antiquariæ peritiſſimus,) ob hanc præſertim rationem, quod ſpatio bene magno ab ora maritima disjunctum, ei uſui minime inſervire poſſet cui à Romanis deſtinabatur; quo minus ſcil. in locis maritimis Saxones prædas agerent. Ad hæc, eum locum deſcribens *Gildas* ponit *in littore Oceani ad meridiem*. Quibus permotus argumentis, mavult ille in agro *Suſſexienſi*, apud oppidum *Pemſey*, collocari; quod cum ſit maritimum, tum vero multa vetuſtatis veſtigia in eo deprehendas, caſtelli in primis, lapidibus, qualibus uti ſolebant Romani, conſtructi. Nec minus ejus antiquitati teſtimonium præbet, quod Cl. *Uſſerius* inter urbes Britannicas *Caer Penſauelcoit* recenſens, ejuſdem fuiſſe ſitûs exiſtimat, qui hodie *Pemſey*, olim *Penveſſell* & *Pevenſell* dictum. Quod & *coit* additum confirmat, (i. e. ſylva,) arboribus enim ager *Suſſexienſis* abundat. Fortaſſe etiam ponendum eſt caſtrum hoc ad portum *Haſtingenſem*, partim quod legitur aliquando Hæꞅꞇinȝaꞅ ceaꞅꞇeꞃ, (ceaꞅꞇeꞃ autem ut plurimum *caſtrum* denotat) partim quod ibi in colle edito ingentis cujuſdam caſtelli rudera conſpiciuntur.

Anȝel-cẏn. Anȝel-cẏnneꞅ lonꝺ. *p.*11,*l.*17. 23,19. 64,18. 70,8. 73,5. 78,28. 97,23. 99,30. 123,39,41. 124,13,23. 125,6,35. 129,11. 131,2. 133,3. 134,29. 136,26,33. 137,5. 138,10. 141,32. 142,3. 145,1. 150, 14,40. 151,14. 204,37. *Gens Anglorum*; qui accerſitu Vortigerni in Britanniam venientes, ipſos poſtea Britannos ſedibus abegerunt, & eorum terram occuparunt.

Anȝel-cẏnneꞅ ꞅcole. 82,36. 88,22. i. e. *Anglicæ gentis ſchola*; quæ Romæ, ſive ab Offa Merciorum Rege, ſive alio quovis, eo conſilio inſtaurata eſt, ut ibi juventus Anglica bonis literis inſtitueretur.

Anȝeli. Anieli. 225,22. 231,14,34. 235, 40. 236,12. Oppidum Galliæ Aquitanicæ præclarum, in finibus Santonum: hodie *S. Jean d' Angeli*.

Anȝeop. Anȝæp. Anȝou. 216,40. 217,9. 220,35. 221,31. 222,11. 224,15. 227,10, 40. 230,39,43. 231,5. 232,10. 242,3. 243, 7,23. *Andegavia*. Regio Galliæ: hodie *Anjou*.

Anȝle. Anȝlaꞅ. v. Enȝle:·

Anȝleꞅ-eȝe. 206,33. *Angleſe*,*e*, K. *Mona* antiquis, (unde & Anglo-Saxonibus etiam Mon-eȝe, Mæn-iȝe, Man-iȝe, Mann-ie.) Inſula tenui freto à Comitatu *Caernarvonenſi* diviſa, hodie vulgo **Angleſey** dicta, i. e. *Anglorum Inſula*, quod nomen ſortita eſt paullatim, poſtquam in Anglorum poteſtatem conceſſerat.

Anꞇiochia. 4,17. *Antiochia*.

Apulꝺꞃe. 92,9. 93,35. *Apoldore*, Eth. *Apultrea*, F. Hodie **Appledore** in agro *Cantiano*. Faceſſant qui hujus oppidi nomen deductum eſſe opinantur à voce *Sax.* apple-ꞇꞃeoƿe, *malus*, cui generi arborum iſtius ſoli ingenium minime favet. Soli natura eſt *paludoſa*, qualem majores noſtri appellarunt *polder*, (cujus etiam nominis duo eſſe oppida in agro *Cantiano*, alterum inter paludes, alterum ad ripam fluminis ſitum, aſſerit *Somnerus*.) *Kilianus* certe in Lexico ſuo Teutonico vocem eam interpretatur *palus marina*, *pratum littorale*, *ager qui è fluvio aut mari eductus aggeribus obſepitur*. Quibus omnibus aptiſſime reſpondet noſtrum **Appledore**, crebris utpote inundationibus vexari antiquitus ſolitum. Cui rei ampliſſimo ſunt teſtimonio Leges quamplurimæ, de tuendis ac muniendis circa ea loca *wallis* (ſive *ripis*) latæ. Commodiſſime idcirco deduci poteſt à *poldre*, cui æꞇ (quod Saxonibus uſitatum eſt) præfixo, crediderim ego primarium oppidi nomen fuiſſe Æꞇpulꝺꞃe, procedente autem tempore, rejecto ꞇ, Æpulꝺꞃe, noſtraque ætate **Appledore**.

Aꞃȝenꞇꞅeꞅ. 200,41. Oppidum Galliæ, in finibus + Biturigum & Lemovicorum. Hodie *Argenton*. Eſt & aliud oppidum in Normannia ad ripam *Argenis* ſeu *Ornæ* fluvii, hodie *Argentan* dictum.

Aꞃmenia. (l. Aꞃmoꞃica.) 1,11. Galliæ pars ab Occidente, oræ maritimæ proxima, & à ſitu nomen ſortita: *Armorica* enim eſt quaſi *ad mare*. Cum Anglorum viribus oppreſſi erant Britanni, eorum pars huc ſe ſalu-

+ Berry.

tis cauſſa contulit, unde *Britanni Armoricani.* Hodie *Bretagne.*

Aꞃunꝺel. *p.*205,*l.*7. 210,25. Hodie Arundel in agro *Suſſexienſi.*

Aꞃꞃan. 149,19. *Arewe*, F. Hovd. Vulgaris opinio eſt, Saxonicum Aꞃꞃan eſſe idem quod *Arrow* flumen in agro *Warwicenſi.* Neque quidem negari poteſt quin majores noſtri flumen illud *Warwicenſe* appellarint Aꞃꞃan: certo interim certius eſt non id eſſe in quod Dani, Merciam deprædaturi, naves ſuas appuliſſe in Annalibus noſtris dicuntur. *Arrow* enim fluvius *Warwicenſis* in agro *Wigornienſi* fontes aperiens, ſeſe in *Avonam* ſtatim effundit, ripaſque habet anguſtiores, quam ut eæ naviculas etiam recipere poſſint. Ad hæc, *Tameſi* primum egreſſi ſunt Dani, & ſpolia naveſque dicuntur in *Medewæge* retuliſſe; ut ſatis conſtet quærendum eſſe hoc flumen non longe à *Tameſi.* Si de mea ſententia quæratur, quod conjectura conſequi poſſum, illud ponam; nihil interim certi ſtatuens. Fluvius eſt ripis haud anguſtis, alveoque ſatis pleno, Comitatus *Suffolcienſem* & *Eſſexienſem* ſejungens, *Orwel* hodie dictus. Hunc ſuſpicor antiquitus fuiſſe pronunciatum *Arwel*, tum quod Saxonicum A ſequentibus ſæculis tranſiit in O, tum etiam quod oppidum eſt ad ejus ripam ſitum, Arwerton dictum; accedit quod *Harewich* ad oram hujus fluminis, olim *Arwic*, non ut conjectat Camd. *Herewic*, dici poſſet. Qui vero huic conjecturæ minus favet, alteram audiat. Fortaſſe pro *Sax.* inꞇo legendum eſt ꞇo, ut Aꞃꞃan non *fluvium* deſignet, ſed oppidum aliquod ad ripam iſtius fluvii in quem Dani claſſem appulerunt. In antiquis profecto Exemplaribus ejuſmodi errores crebro occurrunt. Hoc qui conceſſerit, non (opinor) mihi lites intendet ſi dixerim fluvium iſtum fuiſſe *Lee*, & oppidum, idem quod hodiernum Ware. Mutatio enim *Arwan* pro *Waran* facillima eſt. Huic certe opinioni nonnihil fidei conciliat quòd temporibus Ælfredi Regis Dani per *Leam* fluvium myoparonibus ad *Waram* delati ibi propugnaculum conſtruxerunt; nec tamen ejus fidem minus elevat, quod Ælfredus Rex, tribus effoſſis canalibus Ligeæ aquas divertit, ut accolis per longum poſt tempus nulli pene uſui fuerit.

Aꞅꞅanꝺun. 150,3. 151,31. *Eſſendun*, L. *Aſſendun*, S. Hovd. i. e. vertente Florent. *mons aſini.* Locus prælio inter Eadmundum Regem & Canutum celeberrimus. Cl. *Camdenus* exiſtimat eundem eſſe qui hodie Aſhdown vocatur, in Boreali parte agri *Eſſexienſis.* Nec dubium quin in iſto agro ſit quærendus, cum plerique omnes harum rerum Scriptores in eo pugnatum fuiſſe verbis diſertis aſſeverent. Sed an apud Aſhdown dubium plane; ſi quidem quæ hodie loca eo nomine appellantur, antiquitus fere Æꞅceꞅꝺune ſcribebantur. Crediderim ego (niſi iſtud dixerit Vir Cl. peculiari aliqua ratione inductus) Aſſington potius, ejuſdem agri oppidum, prælii locum fuiſſe.

S. Auȝuꞅꞇineꞅ mẏnꞅꞇeꞃ. S. Auȝuꞅꞇineꞅ cẏꞃic. 178,35. 179,30,33. 192,12. Monaſterium à S. Auguſtino Monacho *Cantuariæ* conditum. Hodie vulgo Saint Auſtins.

Axan-muꝺ. v. Exan-muꝺ.

B.

Baccanceld. 48,8. Nullus, quem quidem ſcio, hujus appellationis locus in Anglia hodie invenitur. Nemini interim dubium eſſe poteſt, quin in *Cantio* fuerit; cum noſtri Annales diſerte tradunt, eam ſolum ob cauſſam ibi Concilium fuiſſe celebratum, ut rebus Eccleſiarum infra *Cantium* conſuleretur: nec quiſquam ſive Rex ſive Epiſcopus ei interfuit, præter Wihtredum *Cantianorum* Regem, Archiepiſcopum *Cantwarenſem*, & Epiſcopum *Roffenſem.* Quod oppidum ſono ad hoc proxime accedit eſt Beckenham, in parte Occidentali *Cantii*, qua agro *Surreienſi* adjacet.

Baꝺꝺanbẏꞃiȝ. 100,5. Collis in quo caſtra metatus eſt Eadweardus Ælfredi fil. An. DCCCCI. haud longe à *Winburna*; unde Annales noſtri æꞇ Baꝺꝺanbẏꞃiȝ ꞃiꝺ ƿinbuꞃnan, i. e. *apud Baddanbyrig juxta Winburnam.* Hodie Badbury in agro *Dorſætenſi.*

Baꝺecanƿẏlla. 110,31. *Badecanwella*, F. Hodie Bakewell in agro *Derbienſi.*

Bæbbanbuꞃh, v. Bebbanbuꞃh.

Bæc.

Bæc. v. Bec:-

Bægeƿas. *p.*90, *l.*33. *Bojari, Bajoari, Bavari.* The Bavarians.

Bælesme. Bælæsme. 210, 20. 212, 8. 213,1,11. 214,1,11,18. 217,14,24. Oppidum Galliæ in Belſia provincia, & agro *Perticenſi*; hodie *Beleſme.*

+ Le Perche.

Bærnege. 183,30. *Bernacum. Monaſt. ô Benedict.* Diœceſ. *Lexovienſis* in *Neuſtria.*

+ Lisieux.

Bærnicas. v. Beornicas:-

Baius. 212,40. Urbs Galliæ Celticæ, in *Normannia*; Lat. *Baiocæ* ſive *Baiocum*: hodie *Bayeux.*

Baldeƿines lond. 158,25. 159,11. 161,4. i. e. *Baldewini terra*: hodie Flanders. Sic autem appellata erat, quod ea ætate *Flandriæ* Comites *Baldewini* nomine (uti hodie Galliæ Reges *Ludovici*) fere vocabantur.

Barƿe. 119,5. *Bearwe*, F. *Barowe*, K. Hodie, opinor, Barow in agro *Rutlandenſi.*

Barrucscire. Barrucscire. v. Bearrucscire:-

Basing. 81,24. *Baſengas*, F. Hodie Baſing in agro *Hamtunenſi* prope Baſingſtoke.

Baðan-ceaster. Baðon. Baðe. Baðan. 22,16. 102,2. 122,1. 143,31. 192,13. 193,26. 226,19. 235,9. *Badeceſtre*, Hunt. Hodie Bathe in agro *Sumurſætenſi*, à *thermis* ſic dicta.

Bavaria. 64,24.

Beam-dune. 25,25. *Collis ſtipitibus ſeu trabibus refertus.* Plurium locorum in Anglia nomen, quorum pleraque jam hodie corrupte appellantur *Bampton.* Illud hujus appellationis oppidum, quod noſtri Annales memorant An. DCXI. ſitum eſſe arbitror in agro *Devonienſi* qua *Sumurſætenſibus* adjacet, & vocari hodie Bampton. Cui in primis argumento eſt, quod narratur Cynegilſum, Weſt-Saxonum Regem, ibi prælio dimicaſſe cum Britannis, quos in partes Angliæ Occidentales ſalutis cauſa confugiſſe notiſſimum eſt. Camdenus in *agro Dorſætenſi* ſcribit Beandun (hodie Byndon,) *ubi* (Camdeni verba ſunt) *Cynegilſus anno* DCXIV. *ancipiti prælio Britannos vicit.* Verum prælii locum perperam ibi poſitum eſſe exiſtimo, cùm quod omnia, quibus uſi ſumus, Chronici Saxonici exemplaria ſcribunt Beamdune; tum vero, quod æque probabili conjectura colligi poteſt, apud Bampton, oppidum iſtud in agro *Devonienſi*, eos pugna fuiſſe congreſſos.

Beamfleot. 93,33. 94,15,19. *Beanflot*, F. *Beamfled*, Hunt. Hodie South-Bemflete in agri *Eſſexienſis* parte Auſtrali.

Bearðanig. Barðanig. Beardanig. Bardanig. 31,16. 43,29. 51,11. 102,11. *Barthoneig*, F. *Bardonig*, Hovd. *Berdenay*, *Bardeney*, B. Hodie Bardney ad ripam fluminis *Witham* in agro *Lincolnienſi.* Locum hunc (ut id obiter moneam) eundem facit Camdenus, qui eſt Bedæ *Peartaneu.* Hujus verba in deſcriptione agri *Lincolnienſis* hæc ſunt: *Inde nobilis olim Cœnobii* Beardnea *vel* Peartaneu *vulgo* Bardney, &c. Perperam omnino. Ipſe enim Ven. Beda Eccl. Hiſt. l. 3. c. 11. diſerte ea loca diſtinguit. Ejus verba ſunt: *Denique tempore ſequente, cum præfata Regina* [Offrida] *in eodem Monaſterio* [Beardana] *moraretur, venit ad ſalutandam eam Abbatiſſa quædam venerabilis, quæ uſque hodie ſupereſt, vocabulo Edilhilt, ſoror virorum ſanctorum Edelwini & Aldewini, quorum prior Epiſcopus in Lindiſſi Provincia, ſecundus erat Abbas in Monaſterio quod vocatur* Peartaneu, *à quo non longe & illa monaſterium habebat.* Illud autem *Peartaneu*, non aliud fortaſſe eſt quam hodiernum Partney in agro *Lincolnienſi.*

Bearrucscire. Bearrucscire. Barrucscire. 78,9. 135,25. 138,22. 141,4. 206,28. 207,23. 211,23. *Berrocſcire*, Aſ. *Bearrucſcire, Barrocſcire, Bearrocſcire, Baroceſſire*, F. *Berrucheſcire*, M. *Bearrucſcire, Bercſire, Bercſcire*, Hunt. *Barrocſcire*, D. *Bearrukeſchire, Berkeſire*, Hovd. *Barocſchire, Barcſchire, Barkshire*, B. Bercheria. Hodie Barkſhire. *Ita vocatur à* Berroc *ſylva ubi buxus abundantiſſime naſcitur.* Flor.

Bebbanburh. Bæbbanburh. Bæbbaburh. 19,28. 31,19. 127,34. 199,22. 202,34, 37,43. 203,15. *Bebbanburc*, F. *Bebanburgh*, *Behamburgh*, *Babanburch*, Hunt. *Babbanburch*, *Bebbanburc*, D. *Babanburch*, R. *Behhamburg*, Hovd. *Baenburg*, L. *Bamburgh*, B. K.

vertente

vertente Beda, *Bebbæ caſtrum*: hodie **Bamborrow** in provincia *Northymbrenſium*.

Bec. Bæc. *p*.180,*l*.42. 198,41. 241,28. Galliæ Abbatia, in Ducatu *Normanniæ* & *Rotomagenſi* Diœceſi, prope Riblam fluvium. Hodie *le bec Helouin*, quòd ab *Helvino* fundata erat.

Beꝺan-ꝼoꝛꝺ. Beaꝺan-ꝼoꝛꝺ. Beꝺican-ꝼoꝛꝺ. 22,6. 105,10. 106,20. 107,40. 121,26. 140,7. *Bedeford*, Hunt. L. *Bedforde, Bedeforde*, B. K. *Bedford*, B. W. Hodie **Bedford**, agri *Bedfordienſis* oppidum primarium.

Beꝺan-ꝼoꝛꝺ-ꞅciꝛe. Beaꝺa-ꝼoꝛꝺ-ꞅciꝛe. 140,44. 147,36. *Bedefordſire*, Hov. *Beddefordſchire*, B. Comitatus *Bedfordienſis*. **Bedfordſhire**.

Beꝺanheaꝼoꝺ. 41,22. *Bidanheafod*, F. Locus prælii inter Regem Weſt-Saxonum, & Merciorum. Duabus rationibus in eam perducor ſententiam ut exiſtimem non aliud eſſe quàm hodiernum **Bedwin**, in agri *Wiltunenſis* parte quæ *Bercherienſi* adjacet. 1°. quòd par eſt credere eos prælio fuiſſe congreſſos haud longè à limitibus duorum regnorum. 2°. quòd iſtius nominis pars poſterior teſtari videtur inſignem aliquam pugnam ibi commiſſam fuiſſe; ƿinnan enim Saxonice eſt *pugnare, prælio certare*.

Beꝺican-ꝼoꝛꝺ. v. Beꝺan-ꝼoꝛꝺ:.

Belmunꞇ. 227,14. Oppidum in Ducatu *Normanniæ* prope oram littoralem. Hodie *Beaumont*.

Beneꝼica. 103,29. Unus è tribus fluviis in agro *Hertfordenſi*, inter quos Eadweardus Rex munimentum conſtruxit An. dcccccxiii. Inter *Heortford* & *Ware* duo fluvioli ſeſe in *Lygeam* effundunt, qui alii eſſe non poſſunt quam *Memera* & *Benefica*. Uter vero illorum nomine *Memeræ*, uter *Beneficæ* noſtris majoribus erat cognitus, non niſi levi quadam conjectura aſſequi poſſumus. Ad iſtius ripam cujus alveus eſt propius Occidentem, conſpicitur villa vulgo **Bennington** nuncupata; hoc autem *Ben* in initio utriuſque vocabuli nonnullo eſt argumento, fluvium oppido (quod in ſingulis Angliæ partibus factum videmus) nomen feciſſe. Eſto interim ſuum cuique judicium.

Bennınᵹꞇun. Býnꞅınꞇun. Beneꞅınᵹꞇun. 22,8. 61,21. *Beneſingtun*, Fl. *Beneſintune*, Hunt. *Benetune*, Hovd. *Benſinton*, W. Hodie **Benſon** vel **Benſington** in agri *Oxonienſis* parte *Bercherienſi* finitima. Niſi quis malit eſſe idem quod hodiernum **Bennington** in agro *Heortfordenſi*.

Beoꝼeꝛlic. 52,9. *Beverli*, R. *Beverlith*, B. Hodie **Beverley** in agro *Eboracenſi*.

Beoꝛclea. 193,27. 223,5. *Beorkenlaum*, F. *Berchelai*, Hunt. *Barcheley*, B. *Berkeley*, K. Hodie **Barkley** in agro *Gloceſtr*.

Beoꝛᵹꝼoꝛꝺ. 56,12. *Beorhtford*, F. *Beorford*, W. i.e. *Collis ad vadum*. Hodie **Burford** in agro *Oxon*.

Beoꝛnicaꞅ. 30,2. 44,26. *Bernicii*, M. Northymbrorum regnum diviſum erat in *Deiros* & *Beornicios*. *Beorniciorum* regnum continebat quicquid interjectum eſt inter flumen *Twedam*, & æſtuarium vulgo dictum **the fryth of Edenburrow**.

Beꝛanbýꝛıᵹ. 20,13. *Beranbyri*, Hunt. *Banbyry*, K. Hodie **Banburye** in agro *Oxon*.

S. Beꝛhꞇıneꞅ mýnꞅꞇeꝛ. 232,49. *S. Berhtini Monaſterium*; aliter *Sithuenſe* dictum, juxta *Teroauum*, vulgo *Teroenne*, in *Arteſia*. Hîc S. Berhtinus primus Abbas erat.

Beꞅencun. 231,36,44. Urbs Galliæ Lugdunenſis in agro *Burgundiæ*; hodie *Beſanſon*.

Blaiꞅ. 219,26. 237,43. Oppidum Galliæ Celticæ ad *Ligerim* fluvium; hodie *Blois*.

Boc-leꝺen. 1,9. *Latini*, *Romani*.

Bolhiꝺe-ᵹeaꞇ. 177,1. Hodie **Bulldyke gate**; Janua ab Auſtrali parte Monaſterii *Petroburgenſis*.

Boneual. 144,25. Oppidulum Galliæ, in agro *Carnotenſi*; hodie *Bonneval*.

Boꞅenham. 159,29. 164,32. *Boſanham*, F. D. *Boſeham*, Hovd. Hodie **Boſham** in agro *Suſſexienſi*.

Bꝛaꝺan æ. 36,6. i.e. *latus fluvius*. Hiſt. Eccl. Petroburg. *Bardanea*. Nullus eſt hodie (quem quidem novi) hujus appellationis fluvius; nec è multis qui ſunt in agro *Cantabrigienſi* & vicinis, ſcio quis hic ſit. Si ullus ſub hoc nomine hodie reperitur, ſuſpicor vocari **Broadwater**.

Bꝛaꝺan-

Bradanrelic. *p.* 105, *l.* 35. *Reoric*, F. Inſula aliqua ad oſtium *Sabrinæ* fluminis, inter Comitatus, *Sumurſætenſem* & *Maridunenſem*. Eandem fuiſſe quam hodie dicimus *Stepholme*, plurima ſuadent. Primo enim Codex MS. quem *Cant.* dicimus, legit Steopanreolice, mendoſe opinor pro Steopanreolice. In hujuſmodi quippe errorem facile incidere potuit quivis Librarius, (præſertim Literarum Saxonicarum rudis, quo in numero is erat qui Codicem illum deſcripſit,) ob ſimilitudinem Literarum p & p. Deinde Chronicon Walliæ editum à D. *Powello*, Danorum itinera deſcribens, dicit eos cibi inopia coactos in Auſtrales Wallos tranſiiſſe de *Stepen* (Chronicon noſtrum de Bradanrelic.) ſecutus, opinor, Henricum Huntingdonienſem, cujus verba hæc ſunt: *Et tunc manſerunt in Inſula* Stepen *cum magna miſeria, ita quod cibus eis defecit, & multi fame mortui ſunt*, &c. Accedit quod Cl. Camdenus aſſerit Inſulam hanc Britannice dici *Reoric*. Quod ſi quiſpiam contendat hodiernum *Flatholme* antiquitus dictum fuiſſe Bradanrelic vel Bradanreige (i. e. *lata Inſula*;) & *Stepholm* Steopanrelic vel Steopanreige, nihil repugno.

Bradenford. 33,2. Hodie **Bradford** in agro *Wiltunenſi*; à *lato* Avonæ *vado* quod ibi conſpicitur.

Bramtun. 222,42.

Braure. 216,20. 217,19. Fortaſſe idem quod *Brau*, pagus *Aquitaniæ* ad confluentiam *Durarii* fl. cum *Garumna*. Latinis *Ebromagum*; hodie *Bourg*.

Brecenanmere. 104,20. *Bricenanmere*, F. *Brecanammere*, Hunt. *Bricenamere*, Hovd. *Britannemere*, B. Ad ſecundum circiter milliare à **Brecknock** in Wallia conſpicitur **Brecnockmere.** Arx autem quam in noſtris Annalibus Æthelfleda dicitur expugnaſſe, fuit, opinor, apud ipſum *Brecknock*. Somnerus ſcribit Bretenanmere, & exiſtimat fuiſſe idem quod hodie **Welsh-pool**, in agro *Montgomerienſi*, ſed quibus argumentis iſtam conjecturam adſtruxerit, neſcio.

Brædene. 101, 6. *Bradene*, F. Hodie **Bredon forreſt** in agro *Wiltunenſi*; ab *amplitudine* ſic dicta.

Brent-ford. 149,7,27. *Brendeford*, Hunt. B. *Brenford*, D. i. e. *Brenti vadum*. Oppidum in agro *Middleſexiæ*, in ſinu quodam ubi ſe in *Tameſin* effundit *Brent* fluvius. Hodie **Brentford** vel **Brainford.**

Breodune. 43,25. Terræ portio Eccleſiæ *Medeshamſtedenſi* conceſſa ab Æthelredo Rege Merciorum, cujus nomen antiquum evanuit. Non longe diſtare à *Petroburgo*, conſtat ex Libro de *Swapham*, teſte Hiſt. Petroburg.

Breodune. 53,25. *Briudun, in Provincia Merciorum*, Bed. *Briudunum*, F. Chartas huic Monaſterio conceſſ. vide in Hiſt. Petroburg. p. 342. Hodie opinor **Breedon** in agro *Wigornienſi*: ibi enim eſt antiqua Eccleſia, nunc etiam amplis ſatis reditibus dotata.

Breten-lond. Brýten-lond. Brýton-land. 9,26. 14,16. 124,25. *Britannia. Britannorum terra.*

Bricgſtop. Briſtop. 193,23. 230,21. 241,43. *Bricſtowa*, F. *Brigcſtou*, *Briſtou*, Hunt. *Brycſtoue*, D. *Brikeſtow*, *Briſtolw*, Hovd. *Briſtowe*, L. W. K. *Briſtow*, K. i. e. *pontis locus*. Hodie **Briſtow** in limitibus agrorum *Glouceſtrenſis* & *Sumurſætenſis*.

Brigge. Bricge. 103,24. 155,13. 158, 25. 161,5. 165,23. 166,2. 230,9. *Brige*, D. *Briges*, Hovd. *Brugges*, *Brugge*, *Bruggenorth*, B. *Brigges*, W. Vocabulum hoc uſurpatur in Saxonicis Annalibus ad ſignificandum 1°, *Brugas*, Flandriæ emporium celeberrimum; hodie *Bruges*. 2°, Angliæ caſtrum, quod (ut ait Flor. Wigorn.) ſitum eſt in Occidentali plaga *Sabrinæ* fluminis. Idem eſſe exiſtimat Camdenus quod hodiernum **Bridgenorth**, in Comitatu *Salopienſi*, ab Occidentali parte *Sabrinæ* fluminis. Vulgo etiam hodie oppidum illud **Brigge** vocatur.

Britene. Brýtene. Bretene. 1, 1,12. 2,6,12,18. 5,2,11. 7,22. 8,3. 10,7. 11, 3,6. 12,4. 15,9. 17,23. 18,9. 20,10. 22, 32. 23,13. 24,2. 27,9. 40,6,19. 46,11. 114,6. 123,10. Breoton, Breotonelond, Al. *Britannia*. De vocis Origine vide Camden. Britann. ſub Tit. *Britanniæ Nomen*, & Somneri Gloſſarium in voce *Britannia*.

Bꞃıttaſ. Bꞃettaſ. *p.*1, *l.*10,25. 12,3. 13,5,26,29. 18, 12,16,22. 20, 1,13. 22, 12,22. 90,22,23. 171,18. 182,33. 183, 22,35. *Britanni*; quo etiam nomine nonnunquam vocantur in his Annalibus *Armoricani*.

Bꞃıttıſc. Bꞃẏt. 1,8. 15,4. 17,28,32. 113,35. 182,20. *Brito. Britannus.*

Bꞃıtlanꝺ. 170,41. 183,34. 186,4. 190, 41. 193,30. *Britannorum terra*; tum Wallia tum Normannia.

Bꞃıtpalaſ. 2,25. 7,26. 11,13. 12,11. 20,2. 22,6. 45,9. 57.6. *Britanni.*

Bꞃunanbuꞃh. 112,12. *Brunford*, I. *Brunesburh, Brunesburih, Brunesburh, Bruneburh*, Hunt. *Brunnanbyrg*, *Brunenburh*, Hovd. *Brunneburyh*, B. Prælii locus inter Athelſtanum R. & Anlafum Danum, alioſque. Hodie **Ford** prope **Bromeridge** in agro *Northumbrenſi*, ut opinatur Camdenus. Cæterùm iſtius conjecturæ fides (ſi Florentio credendum ſit) multum elevatur. Dicit ille Anlafum cum Conſtantino in *Humbrum* claſſem ſuam appuliſſe; *cui* (inquit) *Rex Æthelſtanus fraterque ſuus Eadmundus, in loco qui dicitur* Brunanburgh, *cum exercitu occurrerunt.* Ut longe veriſimilius ſit prælio decertatum fuiſſe vel in agro *Lincolnienſi* vel *Eboracenſi*, quàm *Northumbrenſi*, tam longe ſcil. disjuncto ab eo fluvio in quem naves dicuntur applicuiſſe. Oppidum eſt in agro *Ceſtrenſi* hodie **Brunburh** dictum.

Bꞃẏttene &c. v. Bꞃıttene ----

Buccıngahām. 106,4. *Bukingeham*, Hunt. W. *Bukyngham*, B. i.e. (interprete Camd.) *fagorum villa*; bucene enim Anglo-Saxonibus eſt *fagineus*. Oppidum primarium agri *Buccinghamenſis*; hodie vulgo **Buccingam.**

Buccıngahamſcıꞃe. 140,6,43. 147,35. *Ager Buccinghamenſis.* Hodie **Buccingamſhire.**

Bunna, Buna. 91,25. 204,29. *Bononia.* Hodie *Bulogne* in regno Galliarum.

Buꞃᵹunꝺıa. 159,18. *Burgundie.*

Buꞃeſ. 200,37.

Buꞃh. Buꞃch. 38,32. 120,26. 127, 17, 19. 144, 13,24. 156,40. 168,29. 172,39. 173,3,10. 174, 18,36. 176,22,38. 178, 4,7. 181,36,39. 206,27. 211,3,34. 214, 47. 218,11,23. 219,13,40. 227,11. 229, 45. 231,12. 232,6,15,32. 233,14. 235, 20,26,28. 236, 8,40,46. 237, 5,14,17. 244, 16,28. Hodie **Peterburrow** in agro *Northamtunenſi*. Eccleſia hæc primum dicebatur Meꝺeꞅhamſteꝺe, (quod vide infr.) poſtquam vero Kenulfus, ejus loci Abbas, vallo circundediſſet, *Burh* appellari incœpit. Ita vulgus Hiſtoricorum. Videtur autem aliunde nomen traxiſſe, quoniam *Aſſerus*, (qui ante An. DCCCCXCII. Chronicon ſuum ſcripſit, quo ſcil. Kenulfus Abbatiam capeſſit) ita appellat.

Buꞃne. 218,21.

Buꞃnepuꝺu. 107,32. *Bernwode*, W. Hodie **Bernwood forrest** in agri *Buccinghamenſis* parte *Oxonienſi* contermina.

Buttıngtun. Butꝺıgıngtun. 95,4. *Budingtune*, Hunt. Oppidum (teſte Flor. Wigorn.) *in ripa Sabrinæ fluminis ſitum*; & noſtri Annales, Butꝺıgıngtun on Sæfeꞃn ſtaðe, i.e. *Butdigingtun ad ripam Sabrinæ.* Hodie **Buttington,** cui è regione ad Occidentalem *Sabrinæ* ripam objicitur *Welsh-poole. Oppidum id* [Buttingtona] *ad minorem ejuſdem fluminis* [Sabrinæ] *ramum in agro Gloceſtrenſi ſitum eſt*, inquit D. Joh. Spelmannus in Vita Ælfredi R. In quo tamen agro nullum (quod quidem ego ſcio) ejus nominis oppidum ad *Sabrinæ* ripam reperitur. Qui librum edidit, locum iſtum emendavit: *Potius* (inquit) *in agro Salopienſi*, *ibi enim* Buttingtona *eſt ad ipſam Sabrinam ſita, ubi etiamnum munitionum veſtigia videri aſſerunt.* Eſt quidem vel in iſto agro vel certe in ejus limitibus; ſed ſecundum Spedi tabulas, atque etiam Somnerum, qui eas fortaſſe ſecutus eſt, pertinet ad agrum *Montgomerienſem.*

Bẏꞅeꞃeſ-ſtan. 163,25. Hodie **Beverſton** in agri *Gloceſtrenſis* parte *Wiltunenſi* contermina.

Bẏnſıntun. 61,21. v. Bennıngtun:-

Bẏꞃtune. 173,6. *Burhtun*, Hovd. *Burton ſuper Trent*, B. *Burton*, S. K. *Abbatia Byrtunenſis.* Hodie **Burton,** ad ripam fluminis *Trentæ*, in agro *Staffordienſi*.

Bẏſıncun. 159,18. *Biſontium*, Burgundiæ metropolis. Vulgo *Beſanſon.*

C.

Cæꞃe. *p.*50, *l.*26. *Cere*, Hunt. Inter hunc locum & Hæꝼe, Beorhtfrithus prælium commiſit cum Pictis. Loca duo ſunt in agro *Northymbrenſi* decem plus minus mille paſſuum invicem diſtantia, *Carehouſe* & *Heefeld*, paulum ultra vallum Pictorum. Etſi non auſim affirmare ea olim fuiſſe dicta Cæꞃe & Hæꝼe, videtur tamen illud ſuadere tum nominum antiquorum & hodiernorum ſimilitudo, tum etiam locorum ſitus. Circa limites enim Pictorum & Northymbrorum præliatum fuiſſe, non eſt cur dubitemus.

Cæſar Auguſta. 62,35. Tarraconenſis Hiſpaniæ civitas clariſſima: vulgo *Sarragoſſe.*

Calne. 124,14. Hodie **Caln** in agro *Wiltunenſi*, ad ripam fluminis *Caln* ſitum.

Campaine. 204,13. *Campania* in Gallia: hodie *Champagne.*

Caninᵹanmæꞃꞅceꞅ. 140,29. *Caningamerſe*, D. Quam ob cauſam paludes iſtæ, ubicunque fuerint, ita appellarentur, neſcio. Parum interim dubito quin ſatis commode collocari poſſint in agri *Sumurſætenſis* plaga maritima. Ibi enim reperitur Centuria *Cannington* dicta, in qua & oppidum eſt ejuſdem nominis. Adjecto autem vocabulo mæꞃꞅc (quod apud Saxonas *paludem* ſignificat, unde & noſtrum **marſh**) ſatis convenire ſoli naturam non uno argumento colligi poteſt. Primum enim mari adſidet; deinde *paludes* finitimæ quædam ſunt *Brentmarsh* dictæ; in ipſa denique hac provincia eſt locus *Stocklandmarsh* appellatus. His à me ſerius deprehenſis, exiſtimabam ſcriptum fuiſſe incuria Librarii Caninᵹamæꞃꞅc pro Canꞇinᵹamæꞃꞅc, adeoque vertendum duxi *Cantianas paludes.*

Canꞇ-paꞃa-buꞃh. Canꞇ-paꞃa-bẏꞃiᵹ. Canꞇpaꞃe-beꞃi. 28,34. 34,2. 35,16. 37,34. 38, 26,33. 40,15. 42, 3,27. 43,37. 46,3. 47, 16. 48,15. 56,21. 67, 3,8. 74,30. 80,22. 90,7,28. 111,7. 119,33. 138,14. 141, 16, 18. 142,38. 152, 29,32. 153,23. 161,28. 162,19. 168,27. 175, 2,9,26. 176,7. 178, 35. 179, 6,20,24,31,33,40. 180, 8,21,25, 27,28,29,38,42,43. 198,39. 203,40. 208, 4. 211,16. 214,46. 215,35. 218,2,19,31,33. 219,7. 221,45. 222,39. 223,43. 224,40. 225, 5,30,42. 226, 1,4. 229, 12,13,31. 233, 49. 234, 18,32. 235,2. 241,26. *Doruvernia*, Bed. Canꞇpaꞃena buꞃᵹ, Al. *Canturbery*, K. *Urbs populi Cantiani.* Hodie **Canterbury**, agri *Cantiani* caput.

Canꞇ-paꞃe. 12,16. 14,35. 25,28. 27,10. 30,27. 40,1. 41,10. 48,2. 52,17. 56,1. 60, 1,17. 66,30. 69,9. 70,32. 71,23. 73,32. 76, 2. 78,19. 100,24. 127,32. *Cantwari.* **The people of Kent.**

Canꞇ-paꞃa ꞃice. 21,1. 48,6. 73,13. 77, 29. *Cantwarorum regnum.* **The Kingdom of Kent.** Regnum hoc fundatum eſt ab Hengeſto circa annum Chriſti CCCCLVII.

Caꞃiei (rectius ſecundum Cod. *Cot.* Caziei.) 89,7. *Caziacum in Maternam.* Hodie *Chezy.*

Caꞃleol. 198,22. *Karloil*, Hunt. *Cairleil*, D. *Karlel*, H. *Carlel*, R. Hovd. *Carleul*, L. *Caerliel*, *Carlyell*, *Karlell*, *Carlele*, *Carliull*, *Carliol*, *Karloil*, *Carlyl*, K. Hodie **Carlile** in agro *Cumbrenſi.*

Caꞃꞃum. 72,21. 74,4. Hodie **Charmouth** in agri *Dorſætenſis* parte maritima, poſt (c) literam addito (h) ad morem Normannorum.

Caꞅꞇꞃa. 119,6. 120,33. Hodie **Caſtor**, à parte Boreali fluminis *Nen* (hodie **Nyne**) dicti, in agro *Northamtunenſi*. Oppidum etiam eſt in agro *Rutlandenſi* quod hodie **Caſterton** appellatur.

Cathenes. *p.* 1. inter Notas. Hodie **Catenes** in extremis Scotiæ partibus, ad littus Germanici maris ſitum.

Caꝺum. 174,39. 189,15. 212,40. *Cadomus.* Urbs Galliæ Celticæ præclara; hodie *Caen.*

Cealc-hẏꝺe. 63,31. *Cealtide*, Hunt. *Chalthuthe*, W, *Concilii locus. Seſſionis locus* (inquit D. Henr. Spelmannus) *cui hoc aſcribitur Concilium varie apud Authores appellatur*, Chalchuth, Calchuth, Celchyth, Cealtide, &c. *ponitque eum Auctor Antiqq. Britann. Eccl. in Northymbria, Hollinshedus vero rectius in regno Merciorum.* Utinam locus aliquis idoneus in regno Merciorum reperiri poſſet, in quo celebratum hoc fuiſſe,

atque

atque alia etiam Concilia diceremus. Nec enim quiſquam facile ſibi perſuadere poteſt, Offam, Merciorum Regem, in regno Northhymbrorum Concilium congregaſſe. Fieri tamen potuit ut Offa, privatis quibuſdam rationibus nobiſque incognitis adductus, de jure ſuo quaſi cederet. Certe eorum conjecturæ quibus viſum eſt in regno Northhymbrorum locum hunc collocare, haud parum fidei conciliat 1°, Quòd Northymbrorum nonnulli ibi celebratis Conciliis interfuerunt. 2°, Quòd in agri *Lancaſtrenſis* parte ea quæ *Ceſtrenſi* adjacet, ejuſdem nominis (cum leviori ſaltem mutatione quàm in locorum nominibus hodiernis fere deprehendimus) oppidum conſpicitur, ſcil. *Kelcheth.* Et ſane ſi Northymbris aliquid fuerit in iſtis Conciliis negotii, non eſt cur dubitemus quin locus conventui deſtinatus circa duorum regnorum limites conſtiterit.

Ceaſter. Cæſter. *p.*46, *l.* 7,9. 60,16. 63,2. 120,39. 178,36. 179, 10,23. 201, 21. 222,22. 224,31. 241,30. Hæc appellatio in noſtris Annalibus uſurpatur ad deſignanda loca longe diverſa. Pag. 46, l.7,9. 60,16. 63,2. ſignificat *Eboracum*; p. 120, 39. *Wintoniam*: ob eandem omnino rationem. Duæ enim iſtæ ſedes Epiſcopales κατ' ἐξοχὴν Ceaſter dicuntur, utpote quarum altera erat regni Northymbrenſis, altera Weſt-Saxonum Metropolis. P.201, l.20. 222,22. denotat idem oppidum quod hodie dicimus **Cheſter, Weſt-Cheſter.** Sax. Legeceaſter, quod vide. Neque aliud per hoc vocabulum ſignificatur p.178, l.36. 179,10,23. 224,31. Etſi enim qui in iſtis locis memorantur fuerint Epiſcopi *Lichfeldenſes*, ideo tamen ibi dicuntur Epiſcopi de *Ceaſter*, quod Petrus, Epiſcopus *Lichfeldenſis*, eam ſedem Epiſcopalem ad *Ceaſter* (hodie **Cheſter**) tranſtulit; unde (ut id obiter moneam) Epiſcopi *Lichfeldenſes* ab Hiſtoricis ſubinde vocantur Epiſcopi *Ceſtrenſes*; & iſte Petrus in Saxonicis Annalibus Epiſcopus *Licifeldenſis* ſive *Ceſtrenſis* appellatur.

Episcopi Litchfeld.

Cedenac. 43,26. Terræ portio quædam ab Æthelredo, Merciorum Rege, Eccleſiæ *Medeshamſtedenſi* conceſſa, cujus tamen appellationis nulla hodie in iſtis partibus veſtigia deprehendimus.

Cent. Centlond. 13,29. 22,1. 26, 8,17. 29,18. 44,17. 46,16,23,25,27. 47,22. 48, 20,23,27,36. 52,21. 69,3. 70,29. 74,24. 78, 23. 87,20. 91,31. 97,33. 102,31. 108,21. 128,26. 138,33. 139,9. 146,23. 149,27. 163,9. 194,6. *Cantium.* **The County of Kent.**

Centingaſ. Centiſcan. 101,15. 130,4. 141,2. *Cantiani.* **The Inhabitants of Kent.**

Ceorteſ-ige. Ceorteſ-ege. 121,1,5. 185, 36. 216,33. *Ceorteſei*, Bedæ Cod. C. (Sed *Ceroteſei*, W. *Certeſei*, T.) *Certeſie*, Hovd. L. W. i. e. *Creoti Inſula*, Bed. Hodie **Chertſey** in agro *Surreienſi* ad ripam *Tameſis* fluminis.

Cerdiceſforð. 18,2,17. *Cerdicesforda in fluvio Avenæ*, Eth. *Certicesford*, Hunt. i. e. *Cerdici vadum.* Fluvii *Avenæ* vadum in Occidentali parte agri *Hamtunenſis*, hodie **Charford.** *Hic enim* (inquit Camd.) *ille*, [Cerdicus] *collatis cum Britannis ſignis, ita eos fregit, ut non ſolum imperii ſui fines protenderit, ſed etiam facile bellum poſteris tradiderit.*

Cerdiceſleag. Cerdiceſleah. 18.23. i. e. *Cerdici campus*, à Cerdico ibi cum Britannis acie dimicante. Hodie (ut opinatur Cl. Somner.) **Chardley** in agro *Buccinghamenſi*. Verum, ſi loci nomen aliquod huic ſono affine repertum eſſet in regno Weſt-Saxonum, mallem ibi collocare. Cerdicus enim & Cynricus octo ante annos quam apud Cerdiceſleag cum Britannis dimicarunt, eoſdem apud Cerdiceſforð (hodie **Charford** in agro *Hamtunenſi*) acie ſuperarant; Britanni autem, poſtquam Duces iſti regno fuiſſent potiti, verſus Occidentem quotidie paullatim ſeſe receperunt.

Cerdiceſora. 15,11. 18,10. *Certiceſore*, Hunt. *Sardicheſore quæ nunc vocatur Gernemuth*, B. i. e. *Cerdici littus*; ita dictum à Cerdico qui ibi naves ad terram applicuit. Antiquis *oſtium Garienis*, unde hodie **Yarmouth** in agro *Norfolcienſi*; quod (ut obſervavit Camd.) olim ab Occidentali fluminis ripa ſtetit, donec conditum erat novum

hoc oppidum. Non deſunt interim viri graves, qui opinantur Cerdicum naves ſuas appuliſſe in portum *Hamtunenſem* (hodie **Southamton,**) & *Calshot* in ipſa fluminis ora (quod exiſtimat Camd. corruptum eſſe pro *Caldshore*) eſſe Saxonum Ceꞃdiceꞅoꞃa. Hanc certe ſententiam confirmat Matt. Weſtmonaſterienſis collatus cum noſtris Annalibus. Hi an. DXIV. referunt Stufum & Wihtgarum naves appuliſſe ad Ceꞃdiceꞅoꞃa; eoſdem *in Occidentali parte Britanniæ applicuiſſe* dicit Mat. Weſt.

Cice. *p.*225, *l.*13. *Chicce*, Hunt. *Chich*, L. Hodie **S. Oſythe** in agro *Eſſexienſi*; ſic dict. quod ibi in S. *Oſithæ* (ſive *Oſgithæ*) memoriam, ædem ſacram poſuit Ricardus Epiſcopus *Lundenenſis* circa An. MCXX. Camd.

Cinᵹeꞅdelꝼ. 119, 18. i. e. *Regis foſſa.* Itinere inter *Rameſienſe* Monaſterium & *Peterburrow* alluvionibus impedito, Canutus Rex viam magnis operibus conſtravit, quæ Hiſtoricis noſtris dicitur *Kingsdelf.* Ita Camd. Quicunque is fuerit locus à noſtris Hiſtoricis *Kingsdelf* appellatus, certum eſt *Canuti viam* per iſtud vocabulum in noſtris Annalibus deſignari non poſſe. Charta enim, in qua hujus mentio fit, conceſſa erat Eccleſiæ *Medeshamſtedenſi* ab Eadgaro, longe ante Canuti tempora. Præterea terminatio dælꝼ non *viam ſtratam* indicat, qualis fuit Canuti iſta, ſed *foſſam*, quæ primum in iſto ſolo paludoſo ad exhauriendam vim magnam aquarum ducta fuiſſe videtur.

Cinᵹeꞅtun. Cẏninᵹeꞅtun. 111,6. 125,7. *Kingeſtone*, B. i. e. *regia villa.* Hodie **Kyngſton.** Plurium oppidorum per Angliam nomen; illis primum fere inditum, vel quòd ibi Reges ſedes ſuas poſuerint, aut conſecrati fuerint, aut etiam præclarum aliquod facinus obierint. Quod memorat Chronicon noſtrum eſt in agro *Suthreienſi*, ad ripam fluminis *Tameſis.*

Ciꞅꞅeceaꞅteꞃ. Cicaeꞅteꞃ. Ciceaꞅteꞃ. 96, 15. 111,6. 125,7. *Ciſſaceaſter*, F. *Ciceſtria*, F. Cont. *Ciſſaceſtre*, D. *Ciſſa, de cujus nomine* Ciceſtria, *quam ipſe fundavit, nomen ſortita eſt*, W. Ciſſa autem iſte fuit Rex Suth-Saxonum ſecundus. Hodie **Chicheſter** in agro *Suſſexienſi.*

Cleuceſtria. Cloeciſtria. Claudia. 178,37. 179,4. 179,22. *Glawornia.* **Gloceſter.** Scriptor iſtius Tractatus Latini, in quo horum nominum (ut & *Eſſeciſtriæ* &c.) facta eſt mentio, videtur fuiſſe Monachus Normannicus, aut certe alius quiſpiam, nominum Anglicanorum haud ſatis peritus.

Cliꞅtun. 132,16. Idem, opinor, oppidum quod hodie in agri *Dorſætenſis* parte *Sumurſætenſibus* contermina vocatur **Cliftun**, i. e. *Villa ad clivum ſita.* Miſſo enim quod ſcriptio literæ ꞅ pro ꝼ, ob earum ſimilitudinem, error eſt Librarii facillimus; Annalium noſtrorum anno MCI. qui hujus oppidi meminit, Dani poſtquam Peonnho villæ ignes admoviſſent, Cliꞅtun incendiſſe dicuntur. Peonnho autem hodie eſt **Pen** in agro *Sumurſætenſi*, quod à **Cliftun** quatuor circiter mille paſſuum abeſt.

Cliꝺeꞃn. 139,1. *Chiltern*, Hunt. *Cyltern*, Hovd. Hodie **Chiltern hills** qui *Oxonienſem* agrum à *Buccinghamenſi* diſterminant. In Chronico enim Saxonico An. MIX. Dani ex agro *Cantiano* dicuntur in *Oxonienſem* tranſiiſſe per Cliꝺeꞃn. *Per ſaltum qui dicitur* Clitern, F. Nec ſane eſt cur quiſquam dubitet, quin omnes ejuſmodi montes crebris arboribus ea ætate veſtirentur.

Cliue. 36,16. Hodie **Clyff** in agro *Northamtunenſi*, in ſinu fluvioli qui in *Nen* ſeſe exonerat.

Cloꝼeꞅhoo. Cloueꞅhoo. Cloueꞅhou. 55, 13. 70,19. *Clovesho*, G. T. Hodie fortaſſe **Abbyndon** in agro *Bercherienſi.* Cujus quidem rei indicia haud obſcura deprehenduntur in *Libro Abbandunenſi*, quem laudat Camdenus. Primo enim, dubium non eſt quin locus ille alio nomine primum cognitus fuerit, nec antea Abbanꝺun dici cœperit, quam ibi Ciſſa Rex *Abbatiam* conſtruxerat. Secundo, diſertis verbis tradit Liber iſte, locum eum antiquitus *Sheovesham* fuiſſe appellatum, quod ſive Librarii oſcitantia, ſive alio quovis caſu, pro *Cleovesham* poni facile potuiſſe, inficias ibit nemo harum rerum mediocriter peritus. Tertio, Loci hujuſce deſcriptioni optimè reſpondet Anglo-Saxonum Abbanꝺun, præſertim ſi ejus ſitum ſpectes, in ipſo ſcil. regni umbilico, unde locus evadit

Liber Abbandunensis.

dit in primis opportunus, in quo ad ardua regni negotia tractanda quotannis conveniatur. *Sheoveſham* ita deſcribit Liber Abbandunenſ. *Hic ſedes Regia, hic, cum de regni præcipuis & arduis tractaretur negotiis, concurſus fiebat populi.* Quoties etiam Cloſeſhoo occurrit in his Annalibus, ibi Concilium fuiſſe celebratum narratur. Imo decretum erat in Concilio *Herudfordiæ* celebrato, 24. die menſis Septembris, An. D. DCLXXIII. *Ut bis in anno Synodus congregetur: ſed quia diverſæ cauſæ impediunt, placuit omnibus in commune ut Calendis Auguſti in loco qui appellatur* Cloſesholi *ſemel in anno congregetur.* Hæc certe, meo judicio, fidem tantam huic conjecturæ afferunt, ut haud facile ſanus quiſpiam, ſi modo *Libri Abbandunenſis* auctoritatem admittat, in hac re hærere poſſit.

Decretum A. 673.

Cluniʒ. Clunni. Clunie. 221,37. 231, 22, 28,43. 234,36. 235, 22,29,32. 236,10,32, 34,41. 237,7. *Cluniacum.* Hodie *Clunny* in Comitatu *Burgundiæ.*

Colne. 93,8. Fluvius in agro *Eſſexienſi*, cujus fons prorumpit in ejuſdem agri parte Comitatui *Cantabrigienſi* contermina; nec longe à *Colceſtria* (quod oppidum præterfluit) fluviolis quibuſdam auctior in mare ſeſe effundit. Hodie **Colne.**

Colneceaſtep. 108,23. 109,16. Hodie **Colcheſter** in agro *Eſſexienſi*, ad ripam *Colne* fluvii.

Coludeſburh. 44,32. *Urbs Coldana*, & *Coludi urbs*, Bed. *Hic* S. Ebba (uti Cl. Dugdal. ex veteri MS. Bibl. *Bodl.* adnotavit) *juſte, ſobrie ac pie vixit; an vero ibi Religionis cultum primo inſtituerit, an ab anteceſſorum ſtudiis inſtitutum invenerit, incertum.* Olim Prioratus de *Coldingham* dicebatur; Cella ſcil. Prioratûs *Dunholmenſis.* Hodie **Coldingham**, in ea Scotiæ plaga quæ vulgo **the Marches** vocatur, à S. meaſc *limes*, eſt enim ibi terminus inter Scotiam & Angliam.

Copfeſ ʒeate. 124,20. *Corueſgeate*, D. *Corueſgate*, Hovd. i. e. *Corſi janua.* Eſt autem **Corfe** caſtrum vetuſtum in medio Inſulæ **Purbecke** dictæ, in agro *Dorſætenſi*; cui ʒeate adjectum videtur indicare, Ælfritham Eadweardo Regi (qui hic interfectus dicitur) inſidias ſtruxiſſe in ipſo caſtri veſtibulo, ſive via ad caſtrum ducente.

Copnpealaſ. 91,9. 129,9. *Cornewayle*, K. *Cornwalli. Cornubiæ incolæ*, antiquitus (una cum *Devonienſibus*) *Danmonii, Dunmonii*, & *Damnonii* dicti. Commode admodum vox (ut conjectat Camd.) deducitur à Brit. *kernaw, corn*, cornu; *ſi quidem procurrentibus promontoriis veluti cornibus mari incumbit.* Proculdubio Britannicæ eſt originis; cùm nulli non cognitum eſt, Britannorum partem (poſtquam gens ea à Saxonibus præliis compluribus fuiſſet ſuperata) eo demum præſidii cauſſa confugiſſe.

Coſham. 146,37. Hodie **Coſham** in agro *Wiltunenſi.*

Coſteſfopð. 43,27. Terræ portio ab Æthelredo, Merciorum Rege, Eccleſiæ *Medeshamſtedenſi* conceſſa. Nomen, opinor, antiquum amiſit (ut omnia fere loca quæ in iſta Charta memorantur) niſi dicendum ſit eſſe idem quod hodiernum **Cosford** in agro *Warwicenſi.*

Cotingham. 240,28. Hodie **Cottingham** in agro *Northamtun.*

Couentpe. 173,6. 235,8. *Conventria* in Hiſtoriis noſtris nonnunquam vocatur. Hodie **Coventry** in agro *Warwicenſi.*

Cpæcilaðe. Cpeccaʒelaðe. 101,4. 147,6. *Criccelade*, F. *Crickelad*, F. W. *Criccelad*, D. *Greglade quæ modo dicitur Kirkelade*, Hovd. B. *Crikelade*, Hunt. *Criklade*, B. Hodie **Cricklade** in agri *Wiltunenſis* parte Boreali. Hujuſce nominis inde originem petunt nonnulli, quòd credunt ibi antiquitus Græcas literas floruiſſe. Unde Bromptonus Hiſtoricus, p. 814. *Secundum quoſdam fuerunt duo Studia in Anglia, unum de Latino, & aliud de Græco, quorum unum Græci poſuerunt apud* Greglade, *quæ modo dicitur* Kirkelade, *& ibidem Linguam Græcam pro tempore docuerunt*, &c. Verum commentum iſtud merito tribuunt alii eorum imperitiæ, utpote qui ne linguam quidem vernaculam ſuam intellexerint. Cpecca enim Saxonice eſt *amnis, torrens in majorem fluvium labens*, & laðian *purgare, exonerare*; unde non dubium eſt quin vocabulum profluxit; cum eo loci in fluvium *Tameſin* ſeſe aquæ exonerant. Vide Somneri Gloſſ.

Gloſſ. ad calcem X. Script. in voce *Gregglada*; & Ælfredi M. Vitam, p. 136, &c.

Cꞃeccanꝼoꞃꝺ. Cꞃecᵹanꝼoꞃꝺ. Cꞃeacanꝼoꞃꝺ. *p.*13, *l.*27. *Creganford*, Hunt. i. e. *Creccæ fluminis* (nunc *Craye*) *vadum.* Hodie **Crayford** in agro *Cantiano.*

Cꞃeꞇa. 10,26. *Creta. Crete.*

Cꞃiꝺianꞇun. 124,5. *Cridiatun*, F. Hodie contracte **Kirton** in agro *Devonienſi*; ſic dictum quid ſitum eſt ad ripam fluminis *Credeni*, (nunc *Credy*,) quod ſe in *Iſcam* exonerat. Hæc olim erat ſedes Epiſcoporum *Devonienſium.*

Cꞃiꞅꞇeꞅ cẏꞃic. 152,2. 161,37. 170,9. 173,31. 179,3. 180,35. i. e. *Chriſti Eccleſia*: *Cantwarenſis* ſcil. Eccleſia, quam Romanorum opere antiquitus factam, & in media urbe ſtantem, recuperavit S. Auguſtinus Monachus, & Chriſto dicavit.

Cꞃulanꝺ. Cꞃoẏlanꝺ. 119,26. 173,8. 183,32. i. e. (interprete Ingulpho) *cruda & cœnoſa terra. Crowland*, B. hodie **Crowland** in agro *Lincoln.* Hîc Monaſterium conſtruxit Rex Æthelbaldus Anno Chriſti DCCXVI. Crowland Monasterium.

Cuᵹᵹeꝺic. 35,44. Loci nomen in Charta Wulfheri Regis Eccleſiæ *Medeshamſtedenſi* conceſſa, qui alio certe nomine hodie cognoſcitur.

Cumbꞃa lanꝺ. Cumeꞃ-lanꝺ. 115,4. 130, 28. *Cumbreland*, D. *Cumberland*, Hunt. H. Hovd. B. *Cumbrorum terra.* **The County of Cumberland.** Ita dici volunt nonnulli, quod ſæviente Anglo-Saxone, Cambri diu hîc ſederunt. Verum opinatur Cl. Somnerus *Cambriam*, & *Cumber* in voce *Cumberland*, terræ utriuſque qualitatem exprimere: denotare ſcil. *terram impeditam*, ſive aſperis & acuminatis montibus, ſive paludibus & ſtagnis; quo ſenſu nos hodie dicimus **to cumber.** Poteſt etiam (ut idem exiſtimat) deduci à *cam* Britannico, curvus, & *bro* terra, regio, ſeu *bre* mons. Vide Somneri Gloſſar. ad calcem X. Script. in voce *Cambria.*

Cunꝺoð. 86,26. *ad monaſterium quod dicitur* Condath, F. *Condatum ſuper Scaldim in Belgio.* Vulgo *Condé ſur l' Eſcaut.*

Cuꞃboil. 225,11. 237,46. *Curbolium* in Galliis. Corbeil.

Cƿanꞇa-ƿic. 74,1. Mendoſe pro Canꞇ-ƿic, quomodo legit Cod. *Laud. Cwentawic*, F. Idem quod Canꞇ-ƿaꞃa-buꞃh, hodie **Canterbury**, agri *Cantiani* urbs primaria.

Cƿaꞇbꞃicᵹe. 97,5,15. (Bꞃicᵹe legit Cod. *Cant.*) *Cantbricge*, Ethelw. *Quatbrig*, F. *Quantebridge*, W. *Quadruge*, Hunt. Hodie (ut opinatur Somnerus) **Cambridge** in agro *Gloceſtrenſi* non longe à ripa fluminis *Cam* dicti, quod ſeſe in *Sabrinam* effundit. Verum hujus conjecturæ fidem multum labefactat, quod hodiernum **Cambridge** duo plus minus mille paſſuum abeſt à *Sabrina* flumine; arx autem quam Dani ibi erexiſſe dicuntur, non alio conſilio videtur fuiſſe conſtructa, quam ut hoſtes à tranſitu iſtius fluvii prohiberentur. Multa certe ſuadent Cƿaꞇbꞃicᵹe non aliud eſſe quam hodiernum **Bridgenorth** in agro *Salopienſi.* Primo enim Codex quem *Cant.* dicimus, legit Bꞃicᵹe; **Bridgenorth** autem hodie vulgo vocatur *Brigge.* 2°. Ad ripam *Sabrinæ* ſitum eſt. 3°. Ad primum milliare à **Bridgenorth** oppidum eſt hodie **Quatford**, & ad ſecundum, aliud **Quat** dictum; adeo ut veriſimile eſt non longe inde abeſſe Cƿaꞇbꞃicᵹe.

Cƿichelmeꞅ-hleaƿe. 135,30. *Cuiccelmeslawe*, F. *Chichelmeslaue*, Hunt. *Cwichelmelow*, Hovd. i. e. *Cwichelmi agger.* Hodie **Cuckamsley hill**, in agro *Bercherienſi.* In qua appellatione (ut id obiter moneam) eſt manifeſta ταυτολογία, ex ignorantia Linguæ Saxonicæ profecta. Idcirco enim paullatim additum eſt **hill**, quod ignorabant Saxonicum hleaƿe ſignificare *aggerem, tumulum.* Idem vitium obſervari poteſt in pleriſque aliis Locorum nominibus.

Cẏmeneꞅ oꞃa. 14,18. i. e. *Cymeni littus*, qui ibi naves ad terram appulit. *Nunc nomen amiſit, ſed fuiſſe prope* Wittering [in agro *Suſſexienſi*] *Charta Donationis quam Cedwalla Rex Eccleſiæ Selſienſi fecit, planiſſime convincit.* Camd.

Cẏnemæꞃeꞅꝼoꞃꝺ. 68,23. *Kimeresford*, F. i. e. *Regis præclarum vadum.* Non dubito quin idem ſit quod hodiernum **Kempsford**, in agri *Gloceſtrenſ.* plaga *Wiltunenſi* finitima. Anno enim DCCC. quo hujus loci injecta eſt mentio, narratur Æthelhelmum è *Hwicciis*,

[i. e.

[i.e. *Gloceſtrenſibus* & locis vicinis] per hoc vadum tranſiiſſe, eique occurriſſe Weoxtanum cum Wilſætenſibus. Hodiernum vero **Kempsford** ſitum eſt ad ripam fluminis, in ipſis finibus agrorum, *Gloceſtrenſ.* & *Wiltunenſis.* Neque quenquam movere debet veteris ac novi nominis diſſimilitudo, cum major in aliis compluribus reperitur, quæ tamen eundem omnino locum deſignare certiſſimum eſt.

Cynet. *p.*135, *l.*34. *Kenet*, F. D. *Keneta*, M. Hodie **Kennet** in agro *Wiltun.*

Cyninᵹeſ clife. 62, 29. *Kyngesclive*, *Kyngsclive*, Hunt. Prælii locus inter Regem Northymbrorum & rebelles quoſdam illius ſubditos, ſed in qua parte iſtius regni fuerit, non reperio. Plurima ſunt loca in regno Northymbriæ **Clifton** appellata.

Cynᵹeſ dælf. v. Cinᵹeſ dælf:·

Cyninᵹeſ tun. v. Cinᵹeſ tun:·

Cynomannia. 170,37. v. Manſ:·

Cyppanham. 84,22. 85,36. *Cipenham*, Hunt. *Chipenham*, Hunt. B. i.e. *Villa mercatoria*; à cyppan, *mercari*, & ham *vicus*, *oppidum*, *villa*. Hodie **Chipnam** in agro *Wiltunenſi.*

Cyrenceaſter. Cyrnceaſter. 22,15. 29, 5. 85,36. 86,3. 151,29. *Cirrenceaſtre*, Aſ. *Cireceſtere*, Hunt. *Circeſtre*, L. B. Antiquis *Corinium* & *Durocornovium*. *Britannis* (inquit Camd.) *eſt Caer Cori, Caer Ceri*; unde & deductum nomen Saxonicum videatur. Verum mavult Cl. Somnerus petere à Sax. cyrran, *vertere*, *flectere*; quod hîc viæ illæ Romanorum Conſulares tranſverſe ſe interſecarunt. Hodie **Citeter** in agro *Gloceſtr.*

Cyricbyriᵹ. 104,10. *Cereburih*, Hunt. *Cyrebury*, B. Hîc Æthelfleda, Merciorum Regina, caſtrum conſtruxit. Hodie, opinor, **Chirbury**, in agro *Salopienſi.* Ibi ſcil. vadum eſt in ipſis limitibus agrorum, *Salopienſ.* & *Montgomerienſis*; adeoque opportunum ſatis quod contra Wallorum incurſiones muniretur. Opinatur D. Guil. Dugdalius eſſe idem quod hodiernum **Monks-Kirkby** in agro *Warwic.*

D.

Dæᵹ-ſtan. Dæᵹſan-ſtan. 24,9. *Degſaſtan*, F. Hunt. i.e. *Degſæ lapis*, interprete Beda. Loci cujuſdam nomen in partibus Angliæ Borealibus. Parum dubito quin ſit idem qui hodie **Dauſton**, in agro *Cumberland.*

Dælreoðaſ. 2,8. 24,8. *Dalreudini*, Bed. Dalreaðinᵹaſ, Al. i.e. *cohors hominum ſub Reoda.* Qui erant, & unde hoc nomen ſortiti ſunt vide p. 2. l. 7. hujus Chronici.

Dænemearce. Denmarce. 134,31. 151, 18,25. 152,37. 154,32. 174,22. 176,14. 177,41. 178,17. 182,34. 183,10,27. 185, 40. 191,41. 222,9. *Denmercia.* **Denmark.** i.e. *Danorum fines.* Terminos enim vocarunt Anglo-Saxones mearcaſ. Unde illud *Gaweni Douglaſii*

Or of the Goddis quha maid the here arriſe
At our marchis, miſknawing our eſtate.

Aut quis te ignarum noſtris Deus appulit oris?

S. Dauið. 235,11. Lat. *Menevia.* Hodie **The Biſhoprick of Saint Davids** in agro *Penbrochienſi.* Ita dicta à S. Davide ejus loci Epiſcopo, qui eo ſedem tranſtuliſſe fertur.

Dearne rice. 29,23. 32,7. *Deirorum regnum.* Continebat quicquid regni Northymbrenſis interjectum erat inter flumina, *Humbrum* & *Twedam*; Comitatus nempe *Eboracenſem*, *Lancaſtrenſem*, *Weſtmorlandiæ*, *Cumberlandiæ*, *Northymbriæ*, & Epiſcopatum *Dunholmenſem.* Vocabulum vulgo deducitur à *ferarum* copia; Sax. enim ðeor eſt *fera.*

Defenaſ. Denaſ. 70,21. 95,9. 98,18. 100,21. 117,9. 129,22. 131,17. *Devonienſes.* **The Inhabitants of Devonſhire.** Antiquis (una cum *Cornwallis*) *Donmonii*, *Dunmonii* & *Damnonii* dicebantur.

Defenaſcyre. Defnanſcyre. Defnaſcyre. 74,19. 84,31. 93,24. 124,4. 129,19. 151, 7. 158,12. 165,10. *Deueneſire*, *Daueneſcyre*, Hunt. *Daveneshire*, Hovd. *Deveneſchire*, B. *Devenchire*, *Devenſchyre*, K. *Comitatus Devonienſis.* Hodie **Devonſhire.**

Dene.

Dene. Denas. Dæniſcan. Dæniſce men. *p.64, l.*18. 72,22,34. 73,22,24. 74,5,13. 81. 1,5,25,32. 82,7. 86,15. 87,28. 88,36. 93,16. 96,19,28,33. 97,12. 98,13,33,38. 99,7,8, 33. 100,24. 101,25,33. 102,22. 103,36. 110,12,14,37. 126,4,23. 130,9. 131,14. 132,14. 133,2. 135,6. 139,24. 151,18. 153, 6. 171,7. 177,21,34. 191,4. *Davi.* The Danes. Ita dicti in his Annalibus, qui Angliam tot annos divexarunt ac diripuerunt.

Deomod. 195,39. *Deomedum*, F. *Demetia.* Walliæ pars Auſtralis, continens agros *Maridunenſem, Penbrochienſem*, & *Cardiganenſem.* Non alium autem eſſe locum hunc, apertè conſtat ex verbis Henr. Hunt. *Et tunc* [Dani] *manſerunt in Inſula Stepen cum magna miſeria, ita quod cibus eis defecit, & multi fame mortui ſunt, -----receſſerunt ipſi in Deomodum.* Ut enim à *Stepholme* in Comitatum *Maridunenſem* tranſitus eſt ſatis brevis, ita inde in Hiberniam (quo ſe contuliſſe dicuntur) trajectus commodiſſimus.

Deoraby. 106,15. 114,23. *Dereby, Derebi*, Hunt. *Derebi*, E. Hodie Darby, agri *Darbienſis* oppidum primarium, quodque toti Comitatui nomen præbet. Vox ſignificat *ferarum habitaculum*; à deor *fera*, & by *habitatio.* Niſi quis malit deducere à bi *juxta* & Brit. *dur* aqua, quoniam ad ripam fluminis ſitum eſt.

Deorbiſcire. 171, 14. *Derbyſchire*, B. *Ager Derbienſis.* Derbyſhire.

Deorham. 22,15. 68,15. i. e. *ferarum habitaculum.* Plurimorum locorum in Anglia nomen, quorum duo in his Annalibus memorantur. Is, cujus mentio facta eſt An. dlxxvii. hodie vocatur Durham in agro *Glocestr.* Qui vero An. dccxcix. memoratur, Wihtburgæ nempe ſepultura celebris, hodie Derham appellatur in agro *Norfolcienſi*, à Florent. *Dirham* dictus. Aſt Durham, agri *Dunholmenſis* oppidum primarium, ſemper in hoc Chronico Dunholm dicitur.

Derieſtope. p. 1. inter notas.

Deras. 44,25. *Deiri.* The Inhabitants of that Kingdom. v. Dearnerice:.

Deraƿuda. 46, 10. *Ferarum ſylva.* Ea nempe in qua conſtitit Monaſterium *Beverlacenſe.* In his enim Annalibus dictum eſt, Johannem Archiep. *Ebor.* abdicato Archiepiſcopatu, ſe contuliſſe ad Monaſterium ſuum in Deraƿuda; notum autem eſt ac quod notiſſimum non aliud iſtud fuiſſe quam *Beverlacenſe*, in agro *Eboracenſi.*

Dereuord. 36,4. Locus hic memoratur in Wulfheri Charta conceſſa Eccleſiæ *Medeshamſtedenſi.* Alio neſcio quo nomine hodie cognoſcitur.

Dic. 101,11. i. e. *foſſa.* Videtur ea primum fuiſſe ducta ab Orientalibus Anglis ad prohibendos Mercios ab incurſionibus; nominatim à S. Eadmundo, Merciorum Rege, ſi Florentio credimus. Is enim foſſam hanc vocat *limitem S. Regis Edmundi.* Ad illam in agro *Cantabrigienſi* hodie conſiſtunt Kech, Burwell, Kirtling, oppida.

Dyfelin. 113,30. 178,43. 179,20. *Diveline*, Hovd. *Eblana.* Hodie Dublin. Omnia fortaſſe à *Lifny* flumine, quod oppidum illud attingit.

Dodeſdorp. 118,37. Hodie Doſtrop in agro *Northamtun.* mille paſſuum à *Petroburgo* ad Septentrionem.

Dol. 183,35. Urbs Galliæ in *Britannia* minore. Hodie *Dol.*

Dofre. Dofra. 162,20,22,23. 163,9. 167,1. 201,4. *Douere, Doure*, Hunt. *Dovere*, D. K. *Dowere*, Hovd. *Dover*, B. *Dovore*, T. *Dubris.* Hodie Dover, portus celebris in agro *Cantiano.* Nulli dubium eſt quin Anglo-Saxonum nomina Dofre & Dofra ab antiquo Romanorum vocabulo *Dubris* profluxerint. Unde vero *Dubris*? Schedulæ quædam MSS. Cl. Somneri de portubus *Cantianis*, duplicem de hac re conjecturam exhibent. Opinatur primùm ille non à ratione abhorrere ſi quis deducat à Britannico *dyffrin*, vallis, quo quidem modo celebris iſta vallis in Comitatu *Denbigienſi* vocatur *Dyffrin cluyd*, i. e. vallis incluſa, quippe quæ ab omni parte, præter Septentrionalem, montibus cingitur. Deinde, putat commode ſatis derivari poſſe à Britannico *dufr, dur*, ſive *dyfr*, fluvius, (*Dowerdwy* enim Giraldus Cambrenſis in *Itinerario Walliæ* interpretatur *fluvium Dewæ.*) Utrique conjecturæ *Dubris* hujus natura admodum favet. Si ejus

ejus ſitum inter duos *colles* eminentes reſpicias, locum obtinet prima; ſin *fluvium* per oppidum decurrentem, & in mare ſe ſtatim exonerantem, ſeſe magna cum ſpecie veri offert ſecunda. Utut ſe res illa habet; non poſſum non hîc adnotare, nonnullos rerum Anglicanarum Scriptores Saxonicum Doꝛꝑe male interpretari *Doroberniam*, (hodie Canterbury.) Tradunt nempe Euſtacium, Comitem *Bononienſem*, maximas turbas in urbe *Cantwarenſi* feciſſe, dum domum de Anglia revertebatur; quas tamen Annales Saxonici (quibus, cum magnam Antiquitatis ſpeciem præ ſe ferunt, multum certe deferendum eſt) aſſerunt concitatas fuiſſe in Doꝛꝑe, i.e. *Dubri*, nec Euſtacium in urbe *Cantwarenſi* manſiſſe, niſi ut ſe ſuoſque cibis reficeret.

Domuc. *p.*68, *l.*10. *Dommoc*, Bed. Dommocceaꝛꞇeꝛ, Al. *Domoc*, G. Idem, opinor, oppidum quod Beda *Dunmoc* vocat, hodie Dunwich, in agri *Suffolcienſis* ora maritima. Hanc certe conjecturam plurimum confirmat quod de Alfhuno Epiſcopo in his Annalibus traditur. Dicitur is diem obiiſſe apud Suðbeꝛı, hodie Sudbury in agro *Suffolcienſi*, & ſepultum fuiſſe apud Domuc. Quo autem in loco illum credamus tumulatum, niſi in Eccleſia Cathedrali de Dunwich, cujus ipſe erat Epiſcopus? præſertim cum in eodem agro mortem obivit. Ea fuit ſedes Eaſt-Anglorum Epiſcoporum, quam ibi fixit Felix, poſtquam eos ad fidem Chriſtianam convertiſſet; deinde à Biſo Epiſcopo in duas diviſa eſt, adjecta *Elmhamenſi*; utraque demum in unam coaluit circa An. Dom. DCCCCLV. Poſtea ſedem ad *Thetfordiam* tranſtulit Herfaſtus, 22. Epiſcopus; & ad *Norwicum* Herbertus Loſinga, Epiſcopus 24.

Episcopi de Dunwich

Doꝛceꞅceaꞅꞇeꝛ. Doꝛcceaꞅꞇeꝛ. 30, 16, 19,25. 97,35. 121,18. *Dorcinca*, (*Dorcic*, C.) Bed. Doꝛceceaꞅꞇeꝛ, Al. *Doreceſtre*, Hunt. *Dorcheceſtre*, L. *Dorkeceſtre*, B. *Dorceſtre*, W. Hodie Dorcheſter, in agri *Oxon.* parte *Bercherienſi* finitima. Fuit per multos annos celebris ſede Epiſcopali, quam ibi conſtituit Birinus; ſed, regnante Willelmo primo, eam Remigius *Lincolniam* tranſtulit, *ne, quod Canonibus prohibetur* (inquit Camd.) *in tam modica civitate Epiſcopi nomen vileſceret.*

Episcopi de Dorchester.

Doꝛe. 71,30. Locum hunc eſſe in agro *Eboracenſi* ſatis conſtat ex his Annalibus ad An. DCCCXXVII. atque etiam ex Florentio Wigorn. cujus verba ſunt: *Rex Occidentalium Saxonum Egbertus, expulſo regno Wiglafo, regnum Merciorum ſuo ſubjecit imperio. Deinde ſuam movit expeditionem ultra Humbri flumen. Cui Northimbrenſes in loco qui* Dore *vocatur occurrentes*, &c. Quo autem nomine hodie vocatur, (antiquum enim exuiſſe certum eſt) ignoro.

Doꝛꞅæꞇaꞅ. Doꝛꞅæꞇaꞅ. 74,12. 129,38. 146,25. 165,11. *Dorſet*, *Dorſete*, B. Antiquis *Durotriges*, à Brit. *dwr* aqua, & *trig* incola. Quo etiam ſenſu Anglo-Saxonum Doꝛꞅæꞇaꞅ (è voce Britannica & Saxonica compoſitum) dicitur à *dwr* ſeu *dur* aqua & ꞅæꞇaꞅ *incolæ*, quod à ꞅıꞇꞇan *incolere*. *Eorum enim regio per* 50. *plus minus mille paſſuum mari Britannico obverſa, ab occaſu in ortum protenſa jacet.* Camd. The Inhabitants of Dorſetſhire.

Doꝛꞃıꞇceaꞅꞇeꝛ. 24,25. *Dorobernia.* Canterbury. Deducit Somnerus à Brit. *dur* aqua, Sax. ꞃıꞇan *Optimates*, & ceaꞅꞇeꝛ *oppidum*, *urbs*, ut ſit *ad aquam poſitum Procerum ſive Optimatum oppidum.*

Dꞃıꝼꝼelða. 50,3. *Dyrffeld*, St. Hodie Driffeld in agri *Eboracenſis* parte quæ Eaſt riding vocatur.

Dublınıa. v. Dıꝼelın.

Duneꞅꞇaple. 224,13. *Dunſtapola*, *Dunſtapula*, F. C. *Dunſtaple*, Hunt. *Dunſtapell*, B. *Dunſtapill*, K. Hodie Dunſtaple in agro *Bedfordienſi*.

Dunholm. 181,34. 184,20. 193,6,44. 195,35. 204,1. 207,5. 208,33. 233,6. *Dunhelm*, F. *Durem*, *Durham*, B. Hodie Durham, Epiſcopatus *Dunholmenſis* oppidum primarium. v. Deoꝛham.

E.

Eaðeꞅbẏꞃıꝧ. 104, 6. *Edesbirh*, Hunt. *Edesbury*, B. Locus in quo Æthelfleda caſtrum conſtruxit. Hodiè (ut opinatur Camdenus) Eddesbury in agro *Ceſtrienſi*, in ſaltu celebri the Forreſt of De la Mere, *in quo* (inquit) *ſuam urbeculam* Eadesbury *poſuit.*

ſuit Æthelfleda Mercia, quæ exoleto jam nomine rudetum effectum the Chamber in the Forreſt vocatur. Nec dubium quin hîc ponendus eſt locus, ſi modo Wedsburrow in agro Staffordienſi, non autem Wardburrow in agro Oxonienſi, ſit Anglo-Saxonum Ƿeaꞃꝺbyꞃiᵹ:·

Eaꝺmunꝺeꞃbyꞃiᵹ. S. Æꝺmunꝺ. *p.* 158, *l.*30. 206,25. 215,7. 225,41. i.e. *S. Eadmundi civitas*; ab Eadmundi Regis religioſiſſimi corpore hûc tranſlato ſic dicta. Hodie vulgo Bury in agro *Suffolcienſi*.

Eaꝺulꝼeꞅ næꞅꞅe. 168,2. i.e. *Eadulfi Promontorium*: hodie the Neſſe in agro *Eſſexienſi*.

Ealꝺ-mynꞅꞇeꞃ. 156,26. 168,39. 170,33. i.e. *vetus Monaſterium*, quod eſt *Wintoniæ*. Illud, opinor, quod S. Suithinus, XVII. iſtius ſedis Epiſcopus, conſtruxit; atque Ealꝺmynꞅꞇeꞃ dici cœpit, poſtquam ibi Eadweardus ſenior Niꞃan mynꞅꞇeꞃ (i.e. *novum Monaſterium*) erexiſſet Anno Chriſti DCCCCIII.

Ealꝺ-Seaxe. 12,14. 13,2. 62,38. 88,7. 159,8. i.e. *Antiqui Saxones*: ii ſcil. qui Saxoniam Germanicam incoluerunt, poſtquam Anglo-Saxones in hac terra ſedem poſuiſſent.

Eaꞅꞇ-Cenꞇinᵹaꞅ. 138,16. *Cantii Orientalis incolæ*.

Eaꞅꞇ-Enᵹle. Eaꞅꞇ-Enᵹlaꞅ. Eaꞅꞇ-Enᵹlan. 13,5. 27,8. 30,21. 31,7. 33,14. 39,4. 71,3,6,24. 73,31. 78,29,33. 80,5. 86,3. 87,21. 88,28. 90,19. 92,14,15. 93,21. 94,36. 95,22,25. 96,8. 97,13,20. 98,20. 99,16. 101,2. 102,5. 107,34. 108,2,30. 109,19,21. 127,12. 133,36. 134,21. 139,17,26. 140,40. 143,3. 150,12. 151,1. 155,20. 157,1. *Orientales Angli*. The Eaſt-Angles. Ab Anglo-Saxonibus incolis, & Orientali loci ſitu. Regnum autem Orientalium Anglorum continebat Comitatus *Northfolciæ*, *Suthfolciæ*, & *Cantabrigiæ*, cum Inſula *Elyenſi*. Quas provincias, una cum *Huntandunenſi*, antiquitus incolebant *Iceni*.

East Anglorum Regnum

Eaꞅꞇ-Fꞃancan. 90,33. *Franci Orientales*. The Eaſtern Franks.

Eaꞅꞇ-Seaxe. Eaꞅꞇ-Sexaꞅ. 13,3. 24,17. 68,11. 70,33. 93,2. 94,32. 95,20. 96,10. 97,33. 100,36. 103,33. 108,22. 109,20. 128.25, 138,35. 140,40. 149,35. 150,2. *Eſtſexe*, Hovd. B. *Eſſex*, B. K. *Orientales Saxones*: à Saxonibus incolis, & Orientali agri iſtius ſitu. Hodie the County of Eſſex. Agrum hunc, una cum *Middleſexienſi*, incolebant *Trinobantes*.

Trinobantes.

Eaꞅꞇ-Seaxna ꞃice. 73,13. 77,29. *Orientalium Saxonum regnum*. The Kingdom of the Eaſt-Saxons. Regnum hoc continebat Comitatus *Eſſexiæ*, *Middleſexiæ*, *Hertfordiæ*que partem.

East Saxonum Regn.

Eaxan-ceaꞅꞇeꞃ. v. Exanceaꞅꞇeꞃ:·

Ecᵹbyꞃhꞇeꞅ ꞅꞇan. 85,6. Be eaꞅꞇan Sealꞃuꝺa, (aiunt hi Annales,) i.e. *ab Oriente Sealwudæ*, hodie Selwood in agro *Sumurſætenſi*. Non alius, opinor, locus quam hodiernum Brixton circa limites Occidentales agri *Wiltun*. qua *Sumurſæt*. eſt contermĭnus. *Unde* Ecgbrihtſtonam *perducti* (*nobis hodie, ni fallor*, Brixſtona) *juxta ſaltum, Regi ſub ſignis conſtiterunt*. J. Spelman. Vit. Regis Ælfredi, p. 33.

Eꝼeꞅio. 6,20. *Epheſus*.

Eᵹe. 118,38. 119,8. Hodie Eye in agro *Northamtun*. prope Peterburrow.

Eᵹiꞃꞇa. 3,12. 5,14. *Ægyptus*.

Eᵹleꞅꞃuꞃꝺe. v. Æᵹleꞅꞃuꞃꝺe:·

Eᵹoneꞅham. 22,8. *Ignesham*, Eth. *Eigneſham*, F. *Aegneſham*, Hunt. *Egeneſham*, G. Hodie Enſham in agro *Oxon*.

Ellenꝺun. 70,24. *Ellandun, i.e. mons Eallæ*, F. *Hellendune*, M. *Elendune*, Hunt. Hodie, opinor, Wilton in agro *Wiltunenſi*. Cui certe conjecturæ ſatis teſtimonii præbent Chartæ laudatæ à Cl. Camdeno, in quibus diſerte dicitur --- Weolſthanus *Ellanduni Comes*, i.e. *Wiltoniæ*: & --- *Ellanduni* i.e. *Wiltoniæ Monaſteriolum poſuit*.

Eliᵹ. Elẏ. 41,14. 118,6. 152,21. 176,17. 177,20,35. 181,4,8. 215,8. *Ely*, B. Hodie the Iſle of Ely. Paluſtris iſtius regionis pars Auſtralior. An (ut tradit Ven. Beda) ita dicta fuerit quod anguillis abundarit, adeoque interpretanda *Anguillarum inſula*; an vero à Græco ἕλος quod *paludem* ſignificat; an etiam ab *Helig* Brit. quod *ſalices* ſignificat, quarum plenæ fere ſunt ejuſmodi paluſtres regiones, incertum.

Embene.

Embene. *p.87,l.6. Ambianum ad Somum.* Amiens in Picardy.

Engla felda. 80,29. *Englefeld*, Hovd. *Englefelde*, B. *Anglefeld*, W. i. e. *Anglorum campus.* Hodie **Inglefield** in agro *Bercherienſi*, non procul à **Reding**. Ab inſigni aliqua, ſive ſtrage ſive potius victoria, nomen ſortitus eſt; eâ fortaſſe in Annalibus hiſce memoratâ, quam à Danis reportavit Æthelwulfus, Comitatus *Bercherienſis* Dux.

Engla land. Ængla land. Engle-land. 23,27. 26,22. 41,34. 42,5,13,40. 43,8. 64,6. 145,19. 150,9. 151,27. 153,11,16,23. 154,6,25. 155,7,29. 156,24. 157,28. 161, 14. 174,39. 176,12. 180,5,36. 181,39. 182, 8,29,41. 183,5,7,42. 184,6. 185,33,44,46. 186,2,32,44. 187,13,47. 188,8,44. 189,28, 43,48. 190,7,11,24,37,38,42. 192,14,21, 32. 193,8. 194,42. 196,27,29,41. 197,8,10, 16,25,32,42. 199,18. 206,21. 207,6. 208, 45. 209,40,44. 210,1,32. 212,9. 214,16,40. 215,21. 218,15. 220,45. 222,2,12. 223,34. 224,33. 225,9. 226,32. 227,8,46. 228,18, 41,43,48. 229,18. 230,29,32. 231,8,32,45. 233,13,24,39,45. 234,1,4,20,43. 235,23, 42. 236,5,38. 237,36,43. 238,20. 241,45. 242,40. 243,18,28,38. 244,12. *Anglorum terra. Anglia.* Cum Anglo-Saxonum Heptarchia in unius Egberhti ditionem conceſſiſſet circa An. DCCC. promulgato is edicto Engla land vocari terram hanc juſſit; ab *Anglis* facta appellatione, qui ex tribus Germaniæ populis Britanniam incolentibus erant fortiſſimi.

Engle. Englaſ. Angle. Anglaſ. 11,17. 12,9,14. 13,4. 14,12. 23,14. 114,4,18. 121,33. 122,24. 123,32. 139,13. 149,26,38. 151,20. 156,4. 197,27. *Angli.* Germaniæ populus, qui Vortigerno Britannorum Regi, crebris Scotorum ac Pictorum incurſionibus exagitato, ſubſidio venerunt; Britanniſque poſtea ſuis ſedibus exutis, terram hanc occuparunt.

Ænglisc. 1,7. 25,30. 31,3. 47,21. 99,7. 110,11,14. 110,37. 153,6,11. 171,7. 172, 24. 182,21. 194,13,19,29. 195,3,26. 198, 27. 199,34,45. 200,5. 201,3. 202,39. 210, 41. 230,41. *Anglus.* **An Engliſh man.**

Eofer-wic. Eofor-wic. Efer-wic. Euor-wic. Eofer-wic ceaſter. Euer-wic. 7,28. 28,10. 32,3. 43,7,42. 45,18. 54,31. 55,10, 24. 60,27,31. 61,11. 62,25. 66,22,26. 79, 1,10. 80,2. 106,39. 110,24. 116,1. 120,1, 19. 121,19. 127,18. 147,40. 170,18. 171, 8. 172,19. 174,11,28 175,9. 179,11. 181, 32. 209,5. 211,13. 215,24. 218,4. 221,43. 222,35. 225,45. 229,32. 241,11. *Eouerwic, Eouorwic, Euerwic,* Hunt. *Eouerwic*, D. *Eworwic*, Hovd. *Eboracum*: quaſi dicas ea-ure-wic, i. e. *caſtrum ad vel ſecus aquam Ure.* Somn. Antiquorum *Eboracum* ſive *Eburacum* non aliunde deduci opinatur Camd. quam ab *Uro* flumine, hodie *Ouſe*, ad cujus ripam ſitum eſt. Hodie **York**, agri *Eboracenſis* oppidum primarium.

Eſendic. 35,41. *Aſendike*, I. Foſſa quædam in agro *Cantabrigienſi* Terminatio enim dic indicat eſſe *foſſam*; & Charta, Abbatiæ *Croylandenſi* conceſſa, eam vocat *Seweram* de **Aſendyke**; *Sewera* autem (teſte Spelman.) nihil aliud eſt quam *foſſa in locis paluſtribus ducta ad aquas eliciendas.* (Unde in paludibus de *Romney*, qui ſeſe in mare rivi exonerant, vocantur **the Sewers**; & viri, quibus cura eorum purgandorum committitur, **a Commiſſion of Sewers.**) Foſſa vero hæc (ut ex Ingulpho diſcimus) erat terminus Borealis Inſulæ *Croylandenſis.* Ejus verba hæc ſunt: *& ipſa aqua de* Aſendyke *eſt quinta aqua claudens ab illo loco Inſulam prædictam contra Aquilonem uſque ad* Aſwictoft. In Aquilonari iſtius Inſulæ parte oppidum hodie eſt, **Foſdike** vocatum, quod fortaſſe ab hac foſſa nomen traxit.

Sewera.

Eſſeciſtria. 178,35. Hodie **Exeter**, in agro *Devonienſi.* v. *Cleuceſtria.*

Eſtun. 240,28. Hodie, opinor, **Eaſton** in agro *Leiceſtr.* qua *Northamtunenſi* adjacet.

Euesham. 143,1. 184,1. *Eoueſham*, F. *Heueſham*, Hovd. *Eueſham*, B. *Eviſham, Evyſham, Eweſham, Eveſham*, K. Hodie **Eveſham** ſive **Eſham** in agro *Wigornienſi.*

Eureus. Eueneus. 217,11. 235,11. *Eburovicum.* Hodie *Evreux* in *Normannia.*

Exan-ceaſter. Eaxan-ceaſter. Exe-ceſter. 83,32. 84,4,10. 93,26,28. 94,26. 96,13. 133,8. 238,2. *Eaxanceſter*, F. *Exanceſtre, Exceſtre*, Hovd. *Exceſter*, L. i. e. (vertente

tente Flor.) *Civitas Exæ.* Antiquis *Iſca*, & *Iſca Danmoniorum.* Hodie **Excester, Exeter**, in agro *Devonienſi* ad ripam *Iſcæ* fluminis, Saxonibus Ex & Exa dicti.

Exan-muð. *p.*132,*l.*7. 160,33. *Exammuth*, Hunt. i.e. *Exæ oſtium.* Hodie **Exmouth** in agro *Devonienſi.*

F.

Faueꞃꞅꝼelꝺ. 244,7. Hodie (ex conſenſu omnium Hiſtoricorum qui de Stephani Regis morte loquuntur) **Feversham** in agro *Cantiano.*

Feaꞃnꝺun. 111,1. *Ferandune*, Hunt. *Farandon*, B. i.e. *mons filiceus.* Hodie **Farrington** in agro *Bercherienſi.*

Feaꞃnham. 93,4. i.e. *Vicus filiceus.* Hodie **Farnham** in agro *Surreienſi.*

Feðanleaᵹ. Feðanlea. 22,23. *Fethanleah*, F. *Fedhalnea*, *Fedhanlea*, Hunt. *Frithenleia*, W. Hodie, opinor, **Frethern** in agro *Gloceſtrenſi*, ad ripam Orientalem fluminis *Sabrinæ.* Miſſo enim quod Mat. Weſt. legit *Frithenleia*, par omnino eſt credere, prælium iſtud cum Britannis, cujus mentio facta eſt in his Annalibus, circa limites Angliæ ac Walliæ, fluvium ſcil. *Sabrinæ*, fuiſſe commiſſum.

Feþeꞃmuð. 35,41. Locus in agro (ut videtur) *Lincolnienſi*, cujus nomen antiquum exolevit; nec ulla ejus veſtigia in iis partibus deprehenduntur.

Fiꝼ-buꞃᵹaꞅ. 146,18. i.e. *Quinque civitates*: illæ, opinor, quas ereptas de manibus Danorum ab Eadmundo Rege, diſerte memorant Annales noſtri An. DCCCCXLII. Unde etiam nomen traxiſſe veriſimile eſt; quod ſcil. Rex ita proſpera uſus eſt fortuna, ut omnes uno anno in ſuam poteſtatem redegerit.

Fiꝼbuꞃhinᵹaꞅ. 143,8. *Fifburgenſes.* Incolæ 5. civitatum. v. Fiꝼbuꞃᵹaꞅ:·

Finchamꞅteꝺe. 206,29. Hodie **Fynchamsted** in agro *Bercherienſi.*

Flanꝺꞃeꞅ. Flanꝺꞃan. 183,15. 145,43. 204,29. 209,9. 211,2. 216,45. 220,5,35, 36,38. 222,5. 230,45. 231,11. 232,47. *Flandria. Flandri.* Laurentius Noelus credit *Flanderland* dici quaſi Fleonꝺꞃa lanꝺ, i.e. *fugitivorum terra*, eo quod in iſtam regionem, deſertam nempe & ſecuram, ſeſe recipere ſolebant utlagati. Quo etiam ſenſu incolæ *Flemings* dicebantur, fortaſſe à ꝼlyma *profugus*, *vagabundus*, *exul.*

Abel lay slane upon the ground
Curst Cain flemit and vagabound.

David Lyndſey.

Nec profecto videtur Vir eruditus perperam judicium feciſſe; ſi quidem ex hiſce Annalibus conſtet, utlagatos haud paucos eo ſe præſidii cauſa contuliſſe.

Flemiꞅce. 184,2. *Flamingi.* v. Flanꝺꞃeꞅ:·

Floꞃentie. 170,15. *Florentia*, urbs Hetruriæ clariſſima. Hodie *Florence.*

Folceꞅ-ꞅtan. 166,33. *Folkſtane*, *Felkeſtan*, *Folcaſtan*, T. i.e. (vertente Lambardo) *Lapis populi.* Hodie **Folcston**, in agro *Cantiano* oppidum maritimum, quod temporibus Romanorum floruiſſe numiſmata quotidie ibi inventa perſuadent. *Camd.* Hoc in loco Guortimeri excidium ac monumentum poni mavult Somnerus (ut ex quibuſdam illius Chartis MSS. didici) quam apud *Stonar* in Inſula *Thanet*, ubi vulgo (& ab ipſo etiam Camdeno, Ninii auctoritate freto) ſtatuitur. Ita enim Ninius de ſupremo Vortimeri ſeu Guortimeri contra Anglo-Saxonas prælio; ---- *in campo juxta* lapidem tituli, *qui eſt ſuper ripam Gallici maris.* De *Stonar*, de *Thanet* ne verbum unum. Adeo ut eam Camdeni aliorumque conjecturam hoc ſolo inniti conſtet, quòd *Stonar* videtur apte ſatis reſpondere *tituli lapidi.* Verum *Stonar* corrupte ſcribitur pro *Eſtanore* & *Eſtanores*, ut dilucide apparet ex Charta conceſſa Abbatiæ S. Auguſtini à Willelmo Conq. ---- *Ego Willelmus Rex Anglorum*, &c. *Sciatis quod ego volo & præcipio ut ſanctus Auguſtinus & Abbas Wido firmiter & honorifice teneat omnes rectitudines ſuas & conſuetudines ad* Eſtanores, *tam in aqua quam in terra*, &c. Sub eo etiam nomine occurrit in Charta Willelmi Rufi, aliorumque, Henrici ſcil. primi, Stephani, Joannis. *Eſtanore* igitur nihil aliud eſt quam *Ora* ſive *littus Auſtrale*, (quo ſenſu loca in quæ naves ſuas primum appulerunt Cerdicus & Cy-

menus

Laurent. Noel

menus dicuntur Lenðiceꞃopa & Lymeneꞃopa.) His adductus rationibus ſuſpicari ſe dicit Vir Cl. aliquo errore contigiſſe ut apud Ninium *lapidem tituli* legatur mendoſe pro *lapidem populi*; quod ſi concedatur, dubium non eſt quin locus idem fuerit, qui hodiernus **Folcſtan.**

Folieꞃ. *p*.35, *l*.41. Locus aliquis circa limites agrorum, *Northamtunenſis* & *Lincolnienſis*, alio certe nomine hodie cognitus.

Fꞃancan. 62,38. 76,19,24. 86,11. 87,31. 89,10. 90,22. 178,20. 183,41. 196,24,29. 215,1. *Franci.*

Fꞃance. 62,36. 188,49. 196,33. 200,40. 201,9,14. 211,2. 215,17,21. 216,39. 217,8. 219,24,28. 220,3,5,34. 221,16,21,41. 222,12. 227,10,15,40. 231,1,9. 233,42. 234,43. 236,49. 243,12,25. Francia. *France.*

Fꞃanc-lanð. v. Fꞃonc-lonð :-

Fꞃanc-ꞃice. 186,4. *Francorum regnum.*

Fꞃencıꞅc. 133,9. 167,28. 168,23. 176,30. 177,22,27. 184,22. 185,8. 192,44. 193,13. 195,26,39. 199,45. 200,5. 201,28. 210,41. 230,40. *Francus.*

Fꞃeoꞃıcbuꞃne. 62,20.

Fꞃeꞅıꞅc. Fꞃıꞅan. 88,9. 98,13. 99,4,5,6. *Friſii, Friſones.*

Fꞃomuð. 129,36. 146,4. *Fromi oſtium,* in agro *Dorſætenſi*, ubi ſcil. ſe in ſinum illum ad quem **Poole** oppidum adſidet, *Fromus* exonerat.

Fꞃonc-lonð. Fꞃanc-lanð. 73,5. 86,7,11,15. 106,32. 183,36. *Francorum terra.*

Fullanham. 85,39. 86,6. *Fullonham,* Aſ. *Fulenham*, Hunt. *Fulanham*, D. *Fullenham*, B. Hodie **Fulham** in agro *Middleſexienſi*, ad ripam *Tameſis* fluminis.

Ᵹ.

Ᵹaꝼul-ꝼoꞃð. 70,21. i. e. *vadum tributarium.* Hodie (opinor) **Camelford** in agro *Cornubienſi*, quod oppidum alicubi vocari *Gaſſelford* aſſerit Camdenus. In hoc autem eſſe agro eo magis credendum eſt quod ibi Danos cum Wallis (quorum pars *Cornubiam* incoluit) prælium commiſiſſe Annales noſtri teſtantur.

Ᵹallıa. 9,28. 10,10. Gallia. *France.*

Ᵹalƿalaꞅ. 2,16,28. 32,21. 39,13. 47,26. *Galliæ incolæ.* Galli fortaſſe *Armoricani*, ea nempe Britonum pars, quæ, devicta ab Anglo-Saxonibus hac terra, in Britanniam *Armoricanam* trajecit. v. Ƿeallaꞅ :-

Ᵹeᵹneꞅbuꞃh. 143,5. 145,24. *Geainesburh, Geignesburh*, F. *Gainsburh, Geinesburgh*, Hunt. B. *Gainesburh*, D. W. *Geagnesburi*, *Gainesburg*, Hovd. *Geagnesburch*, L. ---*Æthelredi filiam Gainorum Comitis*, Flor. An. DCCCLXVIII. Hodie **Gainsburrow** in agro *Lincolnienſi*.

Ᵹent. 86,7. *Gandavum.* Flandriæ Metropolis. Vulgo *Gand.*

Ᵹeꞃboꞃneð. 184,15. *Gerboreth*, F. *Gerberei*, Hunt.

Ᵹeꞃmanıe. 12,14. *Germania.*

Ᵹeƿæðe. 181,25. Mendoſe, opinor, pro Tƿæðe, *Tweda* fluvio, quo Anglia à Scotia longo ſpatio diſcluditur.

Ᵹılðene buꞃh. 168,34. 173,13. i. e. *inaurata urbs.* **Peterburrow**, ita dictum quòd Leofricus Abbas iſtud Monaſterium auravit. v. Chron. Sax. An. MLII.

Ᵹıllınᵹa. 148,33. *Gilligaham, Gillingaham*, F. *Gilingeham*, G. *Gillingham*, Hovd. *Gillyngham*, B. *Gillingam*, K. Saltûs & oppidi nomen in agro *Dorſætenſi*. Hodie **Gillingam, Gillingam-forreſt.**

Ᵹlæꞅtınᵹabyꞃıᵹ. Ᵹleꞅtınᵹabyꞃıᵹ. Ᵹlaꞅtınᵹbyꞃı. 47,5. 150,36. 154,17. 184,32. 225,40. 234,30. *Glaſtingabyrig*, Eth. *Glaſtingebirh, Glaſtinbirh*, Hunt. *Glaſtingberi*, E. Hodie **Glaſſenbury** in agro *Sumurſætenſi*.

Glaſtingenſe cœnobium. 179,12. **The Monaſtery of Glaſſenbury.** Quàm præclara de hujuſce Monaſterii antiquitate prædicantur, illud nempe à Joſepho Arimathenſi originem repetere, &c. omnibus notiſſimum eſt.

Ᵹleaƿan-ceaꞅteꞃ. Ᵹleaƿe-ceꞅteꞃ. Ᵹleƿceꞅteꞃ. Ᵹlou-ceꞅteꞃ. 22,16. 105,15. 107,6. 163,17. 186,21. 190,9. 198,31. 199,7. 200,9. 207,20. 223,25. 224,37. 227,30. 230,21,37. 241,18,38. 242,20. *Glæceſtria*, M. *Gloceſtre, Gloeceſtre*, D. *Glouceſtre*, Hunt. Hovd. Urbs primaria agri *Gloceſtrenſis*; hodie vulgo **Gloſter.** Antiquis *Clevum* & *Glevum*.

Ᵹleaƿ-

Ᵹleap-ceaꞅꞇꞃe ꞅciꞃe. Ᵹlep-ceꞅꞇꞃe ꞅciꞃe. *p.*150,*l.*17. 155,24. 221,34. 223,38. *Ager Gloceſtrenſis.* **Gloſterſhire.** Comitatum hunc, una cum *Oxonienſi*, olim incolebant *Dobuni.* *Dobuni.*

Ᵹoꞇan. 11,1. *Gothi.* **The Goths.**

Ᵹꞃæꞇecꞃoꞅ. 36,5.

Ᵹꞃanꞇanbꞃẏcᵹe. Ᵹꞃanꞇabꞃicᵹe. Ᵹꞃanꞇebꞃiᵹe. 82,14. 189,25. 140,1. *Grantebrige*, Hunt. Hovd. *Grantabric*, *Granthebrige*, *Grantebryge*, D. *Grauntebrigge*, Hovd. Hodie **Cambridge**, agri *Cantabrigienſis* oppidum primarium.

Ᵹꞃanꞇabꞃẏcᵹꞅcẏꞃ. 139,17. 140,42. *Grantebrycge*, Aſ. *Cantebrigeſire*, Hunt. Hovd. *Grantebridgeſcire*, Hunt. *Cantebriggeſchire*, B. *Ager Cantabrigienſis.* **Cambridgeſhire.** *Iceni...* Comitatum hunc, una cum *Norfolcienſi*, *Suffolcienſi*, & *Huntandunenſi*, incolebant olim *Iceni.*

Ᵹꞃena-ƿic. Ᵹꞃene-ƿic. 144,6. 145,40. 148,21. *Grenewic*, F. Hovd. *Greenwic*, Hunt. *Grenwic*, Hovd. *Grenewich*, B. Hodie **Grœnwich** in agro *Cantiano.*

Ᵹꞃiꝼꝼineꞅ ᵹehealꝺ. 169,23. i.e. *Griffini caſtellum.* Per hoc puto non deſignari certum loci nomen quod multo antea obtinuerat; ſed ideo tunc dictum Ᵹꞃiꝼꝼineꞅ ᵹehealꝺ, quòd Griffini (qui eo tempore erat Rex Wallorum) ibi fuerit Curia Regalis. Hoc ſi admittatur, non alibi ponendus eſt locus quam in agro *Flintenſi* apud **Rutland-caſtle.**

Ᵹẏpeꞅƿic. 126,18. 127,25. 139,13. *Gippeſwic*, D. Hovd. *Gipeſwich*, G. *Ypeſwich*, K. Hodie **Ipswiche** in agro *Norfolcienſi.*

H.

Hæꝼe. 50,26. *Heve*, Hunt. Hodie fortaſſe **Hœfeld**, in agro *Northymbrenſi.* vid. Eæꝼe :.

Hæꞅꞇinᵹaꞅ. 141,3. 172,29. 200,19. *Heſtinga*, F. *Haſtings*, Hunt. Hovd. *Haſtinge*, *Haſtinges*, L. Oppidi ac portus nomen, ab Haſtingo Danico pirata fortaſſe petitum: is enim ubi exſcenſionem prædabundus fecit, *Hastingenses.* caſtella nonnunquam conſtruxit, teſte Aſſero. Ab hoc etiam latrone ea ætas Danos ſeu Normannos vocavit *Haſtingenſes*, ſub quo nomine ſæpe occurrunt apud rerum Anglicanarum Scriptores. Hodie **Haſtings** in agro *Suſſexienſi*, è v portubus, quos **Cinque-ports** vocant, capitaneus. Forſan ab hæꞅꞇe, *æſtus maris*, inquit Somn.

Haᵹuꞅꞇalꝺ. Haᵹuꞅꞇalꝺ-éé. Haᵹuꞅꞇalꝺ-ea. Haᵹuꞅꞇalꝺeꞅham. 45,6,19. 46,5,60. 29,32. 63,5. 64,30. 69,14. *Heſtaldesham*, *Heſtaldeſige*, D. *Heſteldesham*, *Heſtaldasham*, R. *Heſtoldesham*, G. *Exſeldesham*, K. Hodie **Herham**, in Provincia *Northymbrenſi.* In eo videntur deprehendi nonnulla veſtigia *Axeloduni* antiquorum. De hoc loco ita *Ricardus* Prior Haguſtaldenſis: *Eſt in Northanhymbrorum provincia haud procul à Tina flumine, ad Auſtrum ſita villa, nunc quidem modica & raro cultore habitata, ſed ut Antiquitatis veſtigia teſtantur, quondam ampla & magnifica. Hæc autem à rivulo ibi decurrente, & quandoque ad modum torrentis exuberante* Heſtild *nomine*, Heſtoldesham *quaſi prædium* Heſtild *vocatur.*

Hamꞇun. 104,24. 106,11. 107,21. 109,3. 125,16. 128,34. 140,25. 171,15,25,29. 201,24. 242,32. *Hamptune*, Hunt. Duorum oppidorum nomen; alterum hodie **Southamton**, alterum **Northamton**; utrumque agri ſui primarium. Illud ita dictum eſſe opinatur Camdenus, quod ſitum eſt ab Auſtrali parte fluminis *Teſt* (olim *Anton*) appellati: hoc, quod poſitum eſt in Boreali ripa *Aufonæ* fluvii, ut ſit quaſi *Northafandon*, contracte **Northamton.** Quòd ſi à fluviis iſtis nomen ſortita ſunt, cur non ita primum appellabantur? Certum enim eſt, utrumque oppidum multis ſeculis nomine Hamꞇun, ſine adjectionibus Suð- & Noꞃð- cognitum fuiſſe. Crediderim ego non aliunde deducenda eſſe quam à Sax. ham & ꞇun, tunc autem ad vitandam ſermonis ambiguitatem præpoſita fuiſſe **North** & **South** (ab eorum ſitu,) poſtquam in oppida paulo celebriora excreviſſent, adeoque in ore omnium crebrius verſabantur.

Hamꞇun-ꞅcẏꞃe. 56,28. 78,8. 85,8. 97,34. 128,26. 129,44. 131,6. 133,15. 135,25. 138,23. 141,4. *Hantunſcire*, F. *Hamteſchyre*, M. K. *Hamtoneſyre*, *Hantuneſcyre*, Hunt.

Hunt. *Hamteshire, Suthamtcſchire*, B. An apud Saxonas Hamtunſcyre Provinciam *Northamtunenſem* ſignificarit, neſcio; certe in his Annalibus ſolum Comitatum *Suthhamtunenſem* deſignat. Hujus pars Mediterranea ad *Belgas*, maritima ad *Regnos* antiquitus pertinebat.

Belgæ. Regni.

Heaburneahᵹ. *p*.46, *l*.19.

Heamſtede. 211, 23. Oppidum aliquod in agro *Bercherienſi*; in quo tria ſunt hodie **Hamſted** appellata.

Heanbyriᵹ. 43, 26. Terræ portio quædam Eccleſiæ *Medeshamſtedenſi* conceſſa, non procul à **Swineshead** in agro *Huntandunenſi*.

Heatfeld. Hæðfeld. 43, 13. 44, 35. *Hedtfeld*, Bed. *Hatfeld*, Hunt. *Hethfeld*, G. L. *Hadfeld, Hatfeld*, B. Synodi locus, quam congregavit Theodorus Archiep. *Cant*. Hodie **Biſhop's Hatfield**, in agro *Hertfordenſi*.

Helaðyrn. 62, 30. *Elarthon*, B. In qua parte regni Northymbrorum quærendus eſt hic locus, me omnino latet. Suſpicor hodiernum nomen eſſe **Ellerton**, cujus appellationis tria oppida ſunt in agro *Eboracenſi*.

Helmeanenſis Epiſcopus. 179, 23. (mendoſe pro Helmhamenſis) i. e. *Norwicenſis*; ita dictus quod primùm villa in agro *Norfolcienſi*, hodie **North-Elmham** dicta, erat iſtorum Epiſcoporum ſedes. Willelmum iſtum, quem Annales Sax. vocant Epiſcopum *Helmeanenſem*, appellat Florent. Wigorn. *Theotfordenſem*; quòd ad **Thetford** (Sax. Ðeodford) ſedem iſtam Epiſcopalem tranſtulit *Herfaſtus*.

Episcopi Helmham.

Henᵹeſteſdun. 72, 33. *Hengiſtentune*, Hunt. i. e. *Hengiſti mons* (vertent. Mariano ac Florentio;) *equorum collis* (interprete Camdeno.) Hodie **Hengſton-hill**, in agro *Cornubienſi*.

Heort-ford. Heorot-ford. 41, 12. 103, 28, 38. *Herudford*, Bed. *Hertford*, B. K. *Hertfort*, W. i. e. *cervorum vadum*. Hodie **Hartford**, agri *Hertfordienſis* oppidum primarium.

Heort-ford-ſcyre. 140, 43. *Herteford-ſcire*, Hovd. *Herthefordeſchire*, B. *Comitatus Hertfordienſis*. **Harfordſhire**. Agrum hunc, ut & *Bedfordienſem* & *Buccinghamenſem*, incolebant qui antiquitus dicebantur *Cattieuchlani*.

Cattieuchlani

Here-ford. 105, 14. 169, 27. 179, 21. 193, 28. i. e. (ſi è Saxon. interpreteris) *exercitûs vadum*. Hodie **Hereford**, oppidum agri *Herefordenſis* primarium. Poſterius vocabuli membrum eſt à vado fluminis *Wye*, ad cujus ripam ſitum eſt: in priori autem opinatur Camdenus deprehendi veſtigia haud incerta oppidi, cujus in hoc tractu meminit Antoninus, quodque *Ariconium* vocat, hodie **Kenchester** ad tertium lapidem ab *Herefordia*.

Here-ford-ſcyre. 163, 20. *Ager Herefordienſis*. **Herefordſhire**. Comitatum hunc, una cum *Radnorienſi, Brecknokienſi, Monumetenſi* & *Glamorganenſi* olim incoluerunt *Silures*.

Silures.

Hereða land. 64, 13. Vox forte deducenda eſt à Danico **herrædt** *pagus* (Anglice **a Lordſhip**) quorum plures hodie ſunt in Jutia, *Hillers-herret, Witung-herret, Kiars-herret*. Ab horum aliquo proficiſci poſſent tres naves in noſtris Annalibus memoratæ. Fortaſſe etiam vox interpretanda eſt *prædonum* ſive *piratarum terra*; copiæ quippe Danorum in hoc Chronico deſignantur fere per here, & hereð nonnunquam uſurpatur ad ſignificandum *exercitum, copias*.

Heðfelda. 29, 12. *Headfeald*, F. *Hatfeld*, Hunt. *Hetfeld*, St. Prælii locus, in quo interfectus eſt Edwinus Northymbrorum Rex: hunc autem non alium eſſe arbitror quam **Hatfeld** in plaga Comitatus *Eboracenſis Lincolnienſi* finitima. In hanc vero trahor ſententiam cum ex vocabulorum ſimilitudine, tum vero quod veriſimile eſt, prælium hoc Edwini Northymbrorum, cum Penda Merciorum Rege, commiſſum fuiſſe circa duorum regnorum limites.

Hibernia. 1, 15. 2, 5. 91, 1. 178, 43, 44. 179, 18, 21. **Ireland**. v. Yrlande:.

Hierusalem. 6, 4. 11, 24. 209, 10. 223, 11. 233, 19, 26, 29. *Hieroſolyma*.

Hii. v. Ii:.

Hiſpanie. Iſpanie. 62, 34. 191, 48. *Hiſpania*.

Hliða-

Hlidaꝼoꞃd. *p.* 129, *l.* 28. *Lideforda*, F. *Lideford*, B. Hunt. i. e. *Lidæ vadum*. *Lida* autem fluvius à *Tamara*, (quo dirimuntur agri, *Cornubienſis* & *Devonienſis*) non longe ab ejus oſtio excipitur.

Hloðeꞃinᵹa. Loheꞃenᵹ. 184,23. 230,6. Lotharingia. *Loraine*.

Hocneꞃaꞇun. 104,27. *Hokenertune*, F. *Hocheneretune*, Hunt. *Hochemeretune*, B. Hodie **Hokenorton** in agro *Oxonienſi*.

Holme. 100,24. Hodie fortaſſe **Holme-wood** in agro *Suſſexienſi*.

Hꞃeopandun. Hꞃeopdun. 59,7. 82,29. 83,7,13. *Hrepandun*, F. *Rependuna*, M. *Rependune*, Hunt. *Repadun*, *Reopedun*, D. *Repandun*, Hovd. *Repandune*, B. Hodie **Repton** in agro *Derbienſi*.

Hꞃeꞃinᵹaꞅ. 43,26. Terræ portio conceſſa Eccleſiæ *Medeshamſtedenſi* ab Æthelredo. Quo nomine hodie cognita eſt, neſcio.

Hꞃipum. Ripum. 50,19. 63,30. Hꞃẏꞃꞃꞅæꞇna cẏꞃıc, Al. (ſed ſec. Cod. B. Hꞃeopꞅæꞇna cẏꞃıc.) *Hripun*, F. D. G. *Ripun*, D. H. G. *Rypon*, B. *Riponn*, B. S. Hodie **Rippon** in agro *Eboracenſi*. Ibi conſtructum eſt Monaſterium à Wilfrido *Eboracenſi* Archiepiſcopo, quod à Danis dirutum reſtauravit Odo Archiepiſcopus *Cantwarenſis*.

Hꞃoꝼeꞅ-ceaꞅꞇeꞃ. Hꞃoꝼ-ceaꞅꞇeꞃ. Hꞃoveciꞅꞇeꞃ. Roue-ceaꞅꞇeꞃ. Roue-ceꞅꞇeꞃ. 24,24. 27,4. 29,21. 32,2,4. 33,35. 35,17. 37,38. 44,5. 47,29. 48,16. 52,27. 53,28. 55,9. 68,35. 74,3. 87,11. 94,9. 97,31. 125,35. 130,3. 170,11. 194,9,22,33. 195,12,28. 218,3,14. 225,34. 228,11. 235,5,13. 242,20. *Rhovecceſtre*, F. *Roveceſtria*, M. *Roueceſtre*, *Roueceaſtre*, Hunt. *Roveceſter*, D. i. e. vertente Beda, *Roffi civitas*; interprete autem Somnero *urbs vel arx tecta*; à Sax. hꞃoꝼ *culmen*, *tectum*, *laquear*, quod ſita eſt inter montes utrinque eam occludentes, ut niſi proxime accedenti nullatenus appareat. Fortaſſe etiam à ꞃoꝼ, *inſignis*, *præſtans*. Hodie **Rocheſter** in agro *Cantiano*. Antiquis *Durobrovæ*, *Duroprovæ*; Bedæ *Durobrevis*, & inclinante imperio Romano (ut obſervat Camd.) *Roibis*; in quo vocabulo videtur conſpici nonnihil hodierni nominis, addito (pro more Saxonum) ceaꞅꞇeꞃ, *caſtellum*.

Humbeꞃ. 71,17. 78,33. 114,20. 127,35. 172,12,18. 174,27. 176,14. 178,15. Flumen illud inſigne ac æſtuarium agri *Eboracenſis*.

Hulme. 200,44.

Hunaꞅ. 11,16. *Hunni*: populi qui quondam in Scythia Europæa ſuper Mæotim paludem incoluere.

Hundhoᵹe. 228,24. Oppidum in agro *Leiceſtrenſi*; hodie, opinor, **Huncot** in hundreda de *Sparkenhoe*.

Hunᵹꞃıe. 204,33. *Hungaria*. **Hungary.**

Hunꞇendune. Hunꞇandune. Hunꞇenduneꞃoꞃꞇ. 36,9. 107,33,36. 109,8. 119,20. *Huntendune*, Hunt. *Huntadun*, R. *Huntendun*, Hovd. *Huntingdon*, B. *Huntyngdon*, K. i. e. *Venatorum mons*. Hodie **Huntindon**, agri *Huntandunenſis* oppidum primarium.

Hunꞇanduneꞅcẏꞃe. 141,1. 147,36. *Hunteduneſcire*, Hunt. Hovd. *Huntyngdonſchire*, B. *Ager Huntandunenſis*. **Huntindonſhire.** Comitatum hunc, una cum *Suffolcienſi*, *Norfolcienſi*, & *Cantabrigienſi*, incolebant olim *Iceni*; quorum appellationem (ut id obiter moneam) deducit Camd. à Brit. *Iken*, i. e. *cuneus*, qui loci formam repræſentat. Hanc conjecturam improbat D. Henr. Spelmannus, in quibuſdam Chartis MSS. quos *Icenia* vocat: ejus verba hæc ſunt; *Mallem ego ab* Iſe *fluvio celeberrimo*, *Britannis* Ichen, *totam regionem brachiis longe divaricatis tranſeuntem*, *deducendos*. *Sic apud Aſiaticos Indi ab Indo*; *apud Græcos Mæones à Mæonia*; *apud Scythas Alani ab Alano*; *apud Germanos Alſati ab Alſa*; *apud Gallos Sequani à Sequana*, *fluminibus*. *Sic & in ipſa Anglia*, *Derbienſes à Derwent*; *Lancaſtrenſes à Lon* (*al. Lan.*) *Northymbrenſes ab Humbro*; *& Wiltoniæ Comitatus à Guillo*, *ut Wigornienſis perhibet*. *Britanni autem*, *ſoliti ſunt pro Græco* σ, ch *ponere*, *ut* ſoch *pro* σῦς, i. e. ſue; buch *pro* βοῦς, i. e. bove: & ſic Ichen *pro* Ισην.

Iceni.

Hꞃeallæᵹe. 68,3. *Walalege*, D. Hodie **Whaley**, in agri *Lancaſtrenſis* parte Orientali.

Hꞃeꞃꞃılle. Hꞃeꞃeꞃılle. 165,5. *Werewella*, F. M. *Warewellenſe Monaſterium*, F. C. *Warewella*, H. *Werewell*, B. *Warewell*, K. Locus Monaſterii

Monaſterii ab Ælfritha Regina conſtructi: hodie **Whorwell** in agro *Hantonienſi*.

Ƿpiccaſ. *p*.68; *l*.23. *Hwiccii*. Fortaſſe à pic *ſinus*, quòd *Sabrinæ* oſtium, maxime ſinuoſum illud, circumcoluere.

Ƿpit-cipc. 131,9. Plurium oppidorum in Anglia nomen. Quod memorant hi Annales, eſt hodie **Whitchurch** in agro *Hantonienſi*.

Ƿpitepne. 21,18. 60,19. *Candida caſa*, Bed. & poſt eum plerique omnes Hiſtorici: à Sax. hpit *albus*, & epne *locus ſecretior*; quòd ibi Ninia Eccleſiam de lapide candido & inſolito, Britonum more, fecit. *Bed*. Hodie **Whitterne** in *Gallovidia*, Scotiæ Provincia.

Ƿpitſand. 201,45. Hodie *Witſan*, oppidum maritimum in Galliis, prope *Calais*.

Ƿyptlingbeph. 240,29. Hodie **Irlingborow**, in agro *Northamtunenſi*.

Ƿyðe. 166,33. Unus è 5 portubus, quos **Cinque-ports** vulgo vocant. Hodie **Hithe** ſeu **Hide** in agro *Cantiano*.

I.

Icanhoe. 33,8. Locus Monaſterii à S. Botulfo conſtructi. Hodie, opinor, **Boſton**, in agro *Lincolnienſi*, quod antiquum nomen exuiſſe veriſimile eſt, poſtquam S. Botulfus ibi Monaſterium conſtruxiſſet, novo à Conditore deſumpto *Botulfeſton*, contracte **Boſton**.

Idle. Fluviolus, qui ex ſylva *Shirewood* dicta, in agro *Notinghamenſi*, ſcatet.

Iglea. 85,11. i. e. *Campus Inſularis*. *Æcglea*, Aſ. *Ecglea*, F. Locus aliquis inter Ecgbpihteſ ſtan (hodie **Brixton**,) & Æþandun (hodie **Eddington**) in agro *Wiltunenſi*. Nullum oppidum ejus nominis (quod quidem ſcio) in iſto terræ tractu reperitur. Quod proxime accedit ad ſonum, eſt **Clay-hill**.

Ií. Ƿii. 21,19,21. 53,9. *Jona*. *Hy*, *Hu*, Bed. Inſula inter Scotiam & Ilam inſulam interjecta, quam Picti Columbæ ejuſque ſociis, ob propagatum inter eos Evangelium, dederunt, ut ibi Monaſterium conſtruerent. Hodie **Colmkill**, contracte pro *Columbkill*, i. e. Columbæ cella.

India. 86,32. *India*.

Iona. 89,8.

Iotaſ. Iutaſ. 12,15. 13,2,5. *Jutæ*. Illam Germaniæ partem antiquitus incolebant, quæ Danis hodie *Jutland* vocatur; & inter eos erant, qui communi nomine *Saxones* vocati, Vortigerno Britannorum Regi, crebris hoſtium incurſionibus exagitato, auxilio venerunt. His, Britannorum gente ſedibus exuta, obtigit *Cantium*, & *Vecta* Inſula. Iutæ.

Ipcingafeld. 105,8,13. *Irchenefeld*, B. W. *Herinaceorum montem* interpretatur Somnerus. Fortaſſe ab *Ariconio* veteri oppido, cujus in hoc tractu meminit Antoninus, inquit *Camd*. Hodie **Archenfeild** in agro *Herefordenſi*.

Iſpanie. v. Ƿiſpanie:·

Iudea. 3,19,21. *Judæa*.

Iudeaſ. 4,2. 6,4. 240,38. *Judæi*.

K.

Kaþum. v. Caþum:·

Kant-papa-byꝛig. v. Cant-papa-byꝛig:·

Keteping. 119,6. Oppidum in agro *Northamtunenſi*. Hodie **Kettering**.

Kiæpeſbuph. 196,45. Hodie *Cherburg* in *Normannia*.

Kyntlingtun. 124,1. *Kyrtlinege*, F. *Kirding*, Hovd. *Kerling*, B. In Eaſt-Anglia ponit Flor. Wigorn. *Aſt* (inquit Spelman.) *hodie non reperio in tota Eaſt-Anglia villam ullam alicujus iſtorum nominis ----- in nomenclatore vero Cantabrigienſis agri villarum* Kirtling *exhibetur, & eandem eſſe cenſeo quæ hodie* Katlage, *ſedes celebris Baronum de North*. Crediderim ego eſſe idem quod hodiernum **Kyrtlington** in agro *Oxonienſi*. Nam 1°. De p in n mutato laborandum non eſt, ſi quidem propter illarum ſimilitudinem facile in errorem incidere potuit Librarius etiam diligens; & certis indiciis compertum habeo, quiſquis ille erat qui Cod. *Cant*. unde deſumpta eſt ea pars, deſcripſit, fuiſſe literarum Saxonicarum penitus imperitum. 2°. Majoris adhuc in hac re momenti eſt, quòd Sidemannus Epiſcopus ibi vita defunctus, apud *Abbandune* ſepultus eſt. Veriſimile enim eſt eos non alibi quam in celebri ali-

quo Monaſterio, quod maxime vicinum erat, mortui Epiſcopi corpus tumulaturos. Quod ſi in Eaſt-Anglia vitam finivit, cur non ad *Medeshamſtede* delatum? Nec ſane alia quævis ratio facile adduci poteſt cur ad *Abbandune* corpus humandum aſportaretur, præter loci vicinitatem. Quid enim Sidemanno, *Devonienſi* Epiſcopo, cum Monaſterio *Abbandunenſi*?

L.

Lambhyðe. *p.*156,*l.*23. *Lambithe*, F.D.L. B. *Lambhitha*, F.C. *Lambee*, *Lambethe*, G. *Lamhed*, *Lambeth*, T. i. e. (vertente Camdeno) *portus ſive navium ſtatio lutea.* Hodie **Lambeth**, in agro *Surreienſi* ad ripam *Tameſis*, ſedes Archiepiſcoporum *Cantwarenſium*.

Læᵹeceaꞅꞇeꞃ. Leᵹaceaꞅꞇeꞃ. Liᵹceaꞅꞇeꞃ. 95,28. 102,7. 122,18. 130,31. 147,33. *Legaceſtre*, B. Britannis *Caerlegion* & *Caerleon*. Nomen ejus Saxonicum ſignificat *Legionis caſtra*; Legio enim viceſima Victrix ibi ſedem accepit. Hodie **Weſt-Cheſter, Cheſter**, agri *Ceſtrenſis* oppidum primarium.

Leᵹeꞃceaꞅꞇeꞃ. Leᵹꞃaceaꞅꞇeꞃ. Leᵹoꞃaceaꞅꞇeꞃ. Liᵹoꞃaceaꞅꞇeꞃ. Lyᵹꞃaceaꞅꞇeꞃ. 25,8. 104,25. 106,37. 107,21. 114,22. *Leogereceaſter*, *Leogeceſter*, F. *Lieceſtre*, E. *Leiceſtre*, Hovd. Hodie **Leiceſter**, agri *Leiceſtrenſis* oppidum primarium. *Dictum à flumine* Leire *olim, hodie* Soare *dicto, cui adſidet.* Somn.

Læᵹꞃeceaꞅꞇeꞃꞅcyꞃe. Læðecæꞅꞇꞃeꞅciꞃe. 194,3. 228,24. *Leiceſtreſire*, Hovd. *Leyceſtreſchire*, B. *Ager Leiceſtrenſis.* Hodie **Leiceſterſhire.** Comitatum hunc, una cum *Northhamtunenſi*, *Rutlandenſi*, *Lincolnienſi*, *Nottinghamenſi* & *Derbienſi*, incolebant olim *Coritani*.

Licecꝼelð. 51,10. 53,27. 178,36. *Lichfeld*, I. Hunt. T. *Licethfeld*, D. *Lichesfeld*, G. *Lichefelde*, B. *Lychefeld*, K. i. e. (ut nonnullis viſum) *Cadaverum campus*; etſi alii malunt interpretari *campum irriguum*, ab aqua qua in duas partes urbs diviſa eſt: à Sax. leccian, *irrigare*. Hodie **Lichfeld** in agro *Staffordienſi*.

Liðpiccaꞃ. 88,14. 105,2. *Armoricani.* **The Inhabitants of little Brittain in France.**

Liᵹa. 96,21,25. 103,29,39. *Luye*, Hunt. Fluvii nomen, qui fontes aperit in agri *Hertfordienſis* parte quæ *Bedfordienſi* adjacet, prope *Weathamſtede*; & Comitatus, *Middleſexienſem* atque *Eſſexienſem* dividens, alveo ſatis pleno in *Tameſin* effunditur non longe à *Grenewich*. Hodie vulgo **Lee.**

Liᵹceaꞅꞇeꞃ. v. Læᵹeceaꞅꞇeꞃ.

Liᵹꞇun. Leᵹꞇun. 104,30. *Ligetune*, Hunt. --- *Quibus domum reverſis, alius mox equitatus paratur, & in provinciam Heortfordenſem verſus* Ligetun *mittitur.* Flor. Niſi me moveret Florentii auctoritas, cujus verba videntur indicare oppidum hoc eſſe in agro *Heortfordenſi*, haud vererer aſſeverare idem fuiſſe quod hodiernum **Laiton** in agri *Eſſexienſis* plaga *Middleſexienſi* finitima; quaſi *oppidum ad Ligeam amnem.* Quo enim modo Liᵹa flumen in *Lea* mutatur, eodem par eſt credere Liᵹꞇun in **Laiton** mutari potuiſſe. Fortaſſe etiam eſt **Leighton** in agro *Bedfordienſi*: illud enim oppidum in via jacet tranſeuntibus ex agro *Northamtunenſi* in *Heortfordenſem*.

Limene muð. Limine muð. 91,29. 93,37. 97,17. i. e. *Limeni fl. oſtium.* **The mouth of the river Limene.** Situm eſt (juxta Annales noſtros) *in Orientali parte Cantii ad Orientalem partem magnæ ſylvæ quæ* Andred *appellatur.* Portum hunc eundem eſſe qui Romanorum *Lemanis*, (al. *Lemannis* ſive *Lemavius*) exiſtimant omnes. Cum vero nullum ejus nominis ſive oſtium, ſive fluvius, hodie reperitur, de *Limeni* ſitu alii alia commentati ſunt. Nonnulli apud *Hyth*, alii apud *Weſt-hyth*, alii ad *Lym-hill* poſitum eſſe contendunt. Quibus miſſis, Cl. Somneri (viri cum in Angliæ totius, tum vero præcipue *Cantii* Antiquitatibus verſatiſſimi) conjecturam, quam ex quibuſdam ejus MSS Chartis didicimus, in medium proferre ſatis habebimus. Opinatur ille antiquum eum Romanorum *Lemanem*, Saxonumque Limene muð, non alium locum fuiſſe quam qui à nobis hodie vocatur **New-Romney.** Verum, inquies, qua adducti ratione Anglo-

Saxones

Saxones portum eum Limene muð appellarunt, cum nullus ejuſmodi fluvius ſeſe eo loci in mare exonerat? Dubio huic obviam venit Somnerus, ſuamque ſententiam, tribus rationibus propoſitis, tueri conatur. Probat enim 1°. Fuiſſe in *Cantio* fluvium qui vulgo *Limene* dicebatur. 2°. Ejus oſtium fuiſſe apud oppidum *Romney*, aut ab eo non longe disjunctum. 3°. Qua ætate, quibuſque modis curſum alio immutaverit, declarat. I. Fuiſſe in *Cantio* fluvium, qui *Limene* olim dicebatur, ampliſſimum teſtimonium perhibent Chartæ antiquæ in Archivis Eccleſiæ *Cantwarenſis* reconditæ; Æthelberhti in primis, Wihtredi Regis Cantianorum filii, qui ſub An. DCCXXI. Mildredæ Abbatiſſæ de *Mynſter*, in Inſula *Thanet*, conceſſit *terram* (verba Chartæ habes) *unius aratri circa flumen* Limenæ: deinde Eadbrihti, qui An. DCCXLI. Eccleſiæ *Cantwarenſi* conceſſit *capturam piſcium quæ habetur in hoſtio fluminis cujus nomen eſt* Limeneia. Idem teſtatur Privilegium quoddam à Warnardo Presbytero conceſſum Monachis *Cantwarenſibus* An. DCCCXXX. *Unum jugum* (verba Chartæ ſunt) *quod jacet in Auſtrali parte* Limene, *& ab incolis nominatur Lambeham.* II. Certis quibuſdam indiciis conjici poſſe arbitratur Vir doctiſſimus, ejus fluminis oſtium fuiſſe apud *Romney*, aut ab eo non longe diſjunctum. Fluvium enim *Rother* hodiernum, curſum huc ab *Apuldre* recta direxiſſe ante tempora Edw. I. teſtem habemus Camdenum. *Verum* (inquit) *regnante Edw. I. cum Oceanus ventorum violentia exaſperatus hunc tractum aperuiſſet, lateque hominum, pecorum, ædificiorumque ſtragem dediſſet; &* Promhil *viculo frequenti peſſundato, etiam* Rother *qui hic prius ſe in Oceanum exoneravit, alveo emovit, oſtiumque obſtruxit, novo in mare aditu compendio per* Rhiam *aperto.* Neque alium fuiſſe quam *Limene* (etſi refragetur Camdenus) colligi poteſt 1°. Ex eo quod *Merſcwari*, hujus loci incolæ (unde & *Romney-marsh*,) in 𝔇𝔬𝔪𝔢𝔰𝔡𝔞𝔶 𝔟𝔬𝔬𝔨 appellantur etiam *Limware*, & totus is terræ tractus *Limware beſt & Limware leth*, fortaſſe à Græco λίμνη quod idem ſignificat; vocabulum ſcilicet utrumque *terras paludoſas* deſignat. 2°. In antiquis quibuſdam Regeſtis legitur *Parochia & Decanatus de* Limne *ſeu* Limpne, quod certe confirmat ſuprà traditam vocis originem. 3°. *Limeni* fluvius (quiſquis fuit ille) portum habuit capaciſſimum. Legimus enim An. DCCCCXCIII. horum Annalium, Danos in eum CCL. naves appuliſſe: Sed nec minus capacem habuiſſe *Romney* inde aperte ſatis conſtat, quod ex Charta quadam Regis Offæ colligi poteſt portum iſtum tantum terrarum ſpatium occupaſſe, ut *Lydde* oppidum ſitum fuerit ad oram maritimam. III. Qua ætate, quibuſque modis curſum alio immutaverit, quæ in loco ſupra laudato dixit Camdenus, ſatis indicant; ſi quidem, quod antea probatum, *Rother* fluvius prætergreſſus *Apuldre*, *Limeni* nomen olim ſuſcepit. Fluvii autem beneficio portu deſtituto, quo ſcil. fæce marina purgaretur, paullatim ſe mare oppido ſubduxit, donec campeſtris illa planities (vulgo 𝔑𝔬𝔪𝔫𝔢𝔶-𝔪𝔞𝔯𝔰𝔥) terræ adcreviſſet.

Lincolne. Lindcylne. Lincolla. 28,34. 114,22. 198,42. 224,21,23,28. 225,1. 226,25,46. 227,2. 235,7. 237,10. 238, 23. 241,33. *Lindocolina civitas*, Bed. Lindcoleneceaſter, Al. *Lindicolina*, *Lindecolina*, F. *Lindocolin*, M. Prius vocabuli membrum deducitur à Brit. *llyn* palus, lacus, terra paludoſa. *Camd.* Hodie 𝔏𝔦𝔫𝔠𝔬𝔩𝔫, agri *Lincolnienſis* oppidum primarium.

Lincolneſcyre. Lincolnaſcyre. 147,38. 171,14. *Lincoleſire*, Hunt. *Lyncolneſchire*, B. *Ager Lincolnienſis.* 𝔏𝔦𝔫𝔠𝔬𝔩𝔫𝔰𝔥𝔦𝔯𝔢. Comitatum hunc, una cum *Northamtunenſi*, *Leiceſtrenſi*, *Rutlandenſi* & *Nottinghamenſi*, antiquitus incolebant *Coritani*.

Lindiſfarna ee. 63,4,9,15. 65,29. 68, 37. Lindiſfarena ea. Lindeſfarena (Lindeſfearona ea, *Cot.*) Al. *Lindisfarnenſis Inſula. Lindisfarne li dicitur Inſula, quæ à vulgo* Haligealand *appellatur.* Flor. Hodie 𝔥𝔬𝔩𝔶 𝔍𝔰𝔩𝔞𝔫𝔡; à reliquiis ſanctiſſimorum virorum, qui ibi requieſcunt; vel ob ſanctorum Monachorum habitationem. Prior nominis pars ejuſdem videtur eſſe originis cujus eſt *Lincolne.* Quod certe confirmat Bedæ iſtud: *Bis quotidie hæc inſtar. Inſulæ maris circumluitur undis, bis renudato littore contigua terræ redditur.*

Lindeꞃiᵹe. Lindiꞅꞅi. Lindeꞅꞅe. *p.*44, *l.*28. 73,31. 82,25,29. 127,38. 143,7. 145, 26,30. Lindeꞅeᵹe, Al. *Lindiſſig*, Bed. Flor. *Lindſey*, *Lindeſſi*, Hunt. *Lyndeſeye*, B. S. Hodie **Lyndſey** in agro *Lincolnienſi*; à *hlyn* Britannico, de quo vide Lincolne:·

Lindiꞅꞅaꞃaꞅ. 44,26. *Inſulæ Lindeſienſis incolæ*; ꞃaꞃa enim Saxonice eſt *habitator*, *incola*.

Lodeꞅhac. 43,27.

Loheꞃenᵹ. v. Hloðeꞃinᵹa:·

Loðene. 197,42. 229,34. *Provincia Loidis*, F. *Loadicenſis provincia*, B. Hodie Scotorum Provincia, vulgo **Louthane** dicta.

Lonᵹbeaꞃdna lond. 89,24. *Longobardorum terra*.

Lonᵹobaꞃdi. 23,16. *Longobardi*.

Luꞅᵹeaꞃd. 43,28.

Lumbaꞃdiᵹe. 220,22.

Lundene. Lundone. Lundune. Lundenbyꞃiᵹ. Lundenbuꞃh. 13,30. 26,26. 35,18. 37,39. 44,6. 53,26. 74,1,30. 82,20. 87,2. 88,35. 93,31. 94, 6,8. 96,25. 97, 8,11. 99, 28. 103,18. 117,4,14. 126,33. 127,13. 128, 12. 138,7,37. 139,6. 142, 14,26. 143,22. 144,1. 147,15,20,28. 148,9,12,18,23. 149, 4,14,18. 150, 29,32. 251,16. 154,30. 156, 32. 160,37. 161, 10,31. 162, 5,12. 164,10. 165,7. 166,5. 167,7,11,13. 168,9. 169,34. 178,34,43. 179, 1,4,12,29. 183,43. 186,25. 188,40. 192,41. 201,26. 204,15. 206,5. 208, 21,34. 210,11. 215,6. 217,42. 225, 33. 229,23. 232,13. 234,7. 235,5. 237,44. 242,3. 243,42. 244,14. *Londonia*, Bed. Lundenceaꞅteꞃ, Al. *London*, B. K. Hodie **London** in agro *Middleſexienſi*.

Lundenꞃic. 24, 22. Vocabulum hoc in noſtris Annalibus eidem notioni ſubjicitur ac Lunden, Lundune, &c. Anno enim DCIV. diſertis verbis dicitur quòd Æthelbyrhtus Mellitum conſtituit Epiſcopum de Lundenꞃic, i. e. *Lundonia*. Episc. Lond.

Luuain. Luuein. 223,2. 226,20. *Lovanium*, in Galliis. Hodie *Louvain*.

Lýᵹea. v. Liᵹa:·

Lýᵹeanbuꞃh. 22,7. *Liganburh*, F. *Lienberig*, Hunt. *Lienberi*, Weſt. Hodie (ut opinatur Camdenus, ſonorum affinitate adductus) **Longborrow** in agro *Leiceſtrenſi*. Sed ſi rerum geſtarum ſeriem reſpiciamus, ſeſe cum majori ſpecie veri offert **Leighton** in agro *Bedfordienſi*. Cuthwulfus enim poſtquam expugnaſſet Lýᵹeanbuꞃh, alia etiam oppida, Æᵹleꞅbýꞃiᵹ hodie **Ailesbury** in agro *Buccinghamenſi*, & Benninᵹtun hodie **Benſinton** in agro *Oxonienſi*, cepiſſe dicitur:. à *Leighton* autem ad *Ailesbury*, indeque ad *Benſinton* via recta ducit. Nec ſane credibile eſt ita Cuthwulfum itinera inſtituiſſe, ut à *Longburrow* ad *Ailesbury* tranſierit, nec tamen in tanta locorum diſtantia oppidum ullum oppugnarit.

Lýᵹeꞃaceaꞅteꞃ. v. Læᵹeꞃceaꞅteꞃ:·

M.

Mældun. 103,23. 106,29. 108,34. 126, 21. 127,26. *Mealdune*, F. Hunt. B. Antiquis *Camalodunum*. Hodie **Maldon** in agro *Eſſexienſi*.

Mæn-iᵹe. Maniᵹe. Man-cýn. Mann-ie. 130,33. 190,43. 207,8. 216,22,41. 217,9. *Mona*. Hodie **Angleſey**. v. Anᵹleꞅ-eᵹe:·

Mæꞃlebeoꞃᵹe. 215,41. *Merleberga*, F. C. *Mearleasbeorge*, D. *Marleberge*, G. B. *Merleberge*, Hovd. B. K. Hodie **Marlborow** in agro *Wiltunenſi*.

Mæꞃꞃiᵹe. v. Meꞃeꞅiᵹe:·

Mæꞅe. 86,15. *Moſa*; fluvius inſignis Galliæ Belgicæ; hodie vulgo *la Meuſe*.

Mæteꞃne. 89,6,7. *Meaterne*, F. Nomen fluvii apud Gallos; hodie contracte *Marne*.

Maᵹeꞅætaꞅ. 150,6. *Mageſætenſes* (alias *Maſegetenſes*) dicti. Incolæ *Radnoriæ* & oppidorum vicinorum in agro *Radnorienſi*. Opinatur Camdenus *Radnoriam veterem* fuiſſe *Magos*, urbem antiquorum. Certa hujus vocabuli veſtigia deprehenduntur in *Maiſeveth*, hodierno *Radnoriæ* nomine apud Britannos. Magesætenses.

Malueiꞅin. 202,38. i. e. *malus vicinus*. Caſtelli nomen conſtructum à Willelmo R. prope Bebbanbuꞃh (hodie **Bamburrow caſtle**,) in provincia *Northymbrenſi*.

Man-cýn. v. Mæniᵹe:·

Maniᵹceaꞅteꞃ. 110,20. *Mamerceaſter*, F. *Mameceſtre*, Hovd. Antiquis *Mancunium*; hodie **Mancheſter** in agro *Lancaſtrenſi*.

Manꞅ.

